

DIALOGI
DE IMMORTALI-
tate animæ, ad Serenissimum
Hispaniarum Regem
Philippum.

PER F. PETRVM ALFONSVM
Burgensem Montis Serrati Monachum,
Eremitam nunc primum in
abscem editi.



Examinati mandato Reuerendissimi Inquisitoris.

BARCINO N.E.

Apud Claudio Bornat.

1561.


PROLOGVS
IN LIBELLVM . DE
IMMORTALITATE ANIMAE
AD SERENISSIMVM
Hispaniæ Regem
Philippum.

Capuchinos de Valencia 1829.



LERIC E m... alium jux. Ric-
rum cupidine in eam deplorandam de-
dere sociatem. Ror Christianissime,
ut præter hanc vitam, nullam aliam,
vel optent, vel quod infælicius est, eſe
credant. Vnde cum Sardanapalo nunquam non occinuit,
Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas. Quod Ecclesia Ecclesia.
ſtes vir ille sapientissimus aduertens, illorum ridens de-
mentiam tanquam per ironiam inquit, Unus est interi-
tus hominis & iumentorum, & aqua utriusq; conditio,
ſicut moritur homo, ita & illa moriuntur, ſimiliter ſpirant
omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Quis nouit
ſi ſpiritus filiorum Adam ascendat ſursum, & ſi ſpiritus
iumentorum descendat deorsum. Huiusmodi garriunt
perditi illi homines. Quamobrem mihi viſum eſt in hæ
ſolitudine à quotidiano peculiariq; studio meo pauxillum
temporis subducere, & de pulchritudine animæ eiusque
immortalitate, veriſq; delicis aliquid dicere, quo illorum
dementia detecta aliquando, Deo adiuuare in ſe redcār,

A Y de



PROLOGVS.

demonumq; laqueos euadentes in veram libertatem acci-
 citi pro tanto beneficio Christo immortales agat gratias.
 Sed cum mecum studiosius versarer, cui potissimum hanc
 opellam dedicare, tu Rex serenissime, simul ac Christianissime
 Philippe venisti in mentem, cui pro ingenita tua
 pietate, animiq; dotibus (quantum audio) semper placue-
 runt, qui paratum tuorum sanctitatem potius quam vulgi
 opiniones emulans, anima esse immortalē recordatus,
 ei excoleda, atq; adornāda potius studiisti, quam corpori,
 quod brevinoſi in puluerem redigendum. Sed, ut unde
 digredi est, reuertatur oratio, quis pestem hanc grandem
 nimarum inuexit in orbem, Rex serenissime: nonne gloria vanæ amor, dinitia-
 rum cupiditas, luxuria venenum? Cur scribitur cae-
 cus à poëtis, atq; pictoribus. Iuste quidem. Tollit enim ab
 homine quicquid est veriluminis. Et cur non honorum,
 dignitatumq; indefessam ambitionem etiam appellabi-
 mus cecā, quando nil in hominem tētis relinquat, aut cor-
 dis: Sed et opum, possessionumq; perpetuam siūm quare
 non vocabimus etiam cecam, si animi visum homini tol-
 lat: Hac ergo sunt qua hactenus genus hominum misere
 deludūt: persuadentq; omnia claudi hac vita mortali: glo-
 riari, luxuriari, ditescere esse veram hominis fælicitatem:
 despectum vivere, continentem se seruare, pauperascere,
 extremam miseriam. Sed qui horum crudelissimorum ho-
 stium manus euasit, longe aliter sentit. Nouit enim homi-
 nem ad imaginem Dei esse formatum, paradisi incolam:
 ceteris præpositum animantibus, angelorum socium, re-
 gni cœlestis heredem, vita eternæ capacem, et deitatis
 participem. Propterea David ille Rex sanctissimus, et
 psaltes

P R O L O G V S.

psaltes egregius canebat dices, Domine quid est homo, qui
 memor es eius, aut filius hominis quia reputas eum? Mi-
 nisti eum paulominus ab angelis, gloria, & honore coro-
 nasti eum, & constitusti eum super opera manuum tua-
 rum. Unde nec verisimile est quem sic exaltauit, tantisque
 dignum censuit muneribus solam vitam momentaneam
 vivere voluisse, simulque cum pecoribus cū hac vita omnia
 absoluere, nihilque reliqui ei superesse. Nā si ad imaginem
 Dei factus est, cur ei tollas immortalitatem, cum Deū im-
 mortalē fatearis? Tum autem si anima simili cum cor-
 pore moritur, quomodo sanguis Abel insti adhuc pro mot Gen.4.
 tem clamat de terra pro virgine? ...
 mento amplius, quomodo martyrum cineres nulla non mor-
 borum genera? Praterea si angelus immortalis, cur
 non etiam homo, qui spiritum habet vt angelus, licet non
 ita nobilem? Postremo si arbor quae in medio paradisi sita
 erat, immortalitatem largiebatur (sic enim ait Deus, nūc Gene.3.
 ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de li-
 gno vite, & comedat, & vivat in eternum) cur eam
 diffiteris, quando aliam habemus arborem longe potio-
 rem Iesum dominum, & non tantum arborem, sed ipsum
 vitae fontem, de quo qui biberit (vt ipse afferit) non mo- Ioan.4.
 rietur vnguam, sed fiet in eo fons aquae vitae salientis
 in vitam eternam. Frustra ergo ille, ceterique eiusdem or-
 dinis clamant: Ede, bibe, lude, post mortem nulla volu-
 ptas. Homo enim, vt Augustinus sanctissimus episcopus
 simul ac literatissimus inquit, conditus est vt summum
 bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possi-
 deret, possidendo frueretur, fruendo beatus esset, simulque
 cum angelis aeternitatis gaudijs donaretur. Propter hos

A ij vni



PROLOGVS.

Uniuersa mouentur: cœlū indefesso motu rotatur, sol, cœte-
 raq; astra infatigabili cursu decurrūt: elemēta operatio-
 nes suas exequuntur: animalia incredibili studio vistā suā
 suētūr: arbores longo molimine fruētificāt. herbæ variam
 habere in se vīm, multiplicesq; virtutes delectantur: de-
 nig cūcta quicquid in se boni habēt, pro hominis cōserua-
 tione retinere, atq; multiplicare cōtendunt. Quod non sine
 summa Dei prouidentia fieri certū est, vt vel hinc intelli-
 gamus quādā hominem expectant post miseras, si vel in
 sp̄is miserijs rātis gaudet, ditaturq; muneribus. Præterea
 nōne locutus est ad post peccatū? Quorsum: Nōne
 locutus est Noē, mul-
 taq; cū eo verba cōmisiuit? Nōne cōgressus est cū Abraā,
 Iaac, & Iacobi? Nōne locutus est cū per eum
 ineffabilia quādā sacramēta operatus est pro hominibus?
 Nōne spiritus sancto afflati locutisunt prophetæ, angeliq;
 sancti ad homines varia detulere mādata, omnesq; admi-
 nistratorij sp̄is sunt, vt inquit apostolus: Obsecro quorsum:
 vt hic simul cū corpore vitā finiant, & nō magis vīsi-
 tā instituamus nostrā, quo breui cum eis eternitatis bona
 gaudeamus? Ita loquitur Paulus, Quicūq; sp̄ū Dei agūtūr.
 hi sunt filij Dei. Nō enim accepistis spiritū seruitutis iterū
 in timore, sed accepistis spiritū adoptionis filiorū in quo cla-
 mamus Abba, pater. Ipse enim sp̄ū testimoniu reddit sp̄i-
 ritui nostro q; filij Dei sumus. Si aut̄ filij, & heredes, herede-
 des quidē Dei, cohæredes aut̄ Christi. Existimo enim q; nō
 sunt cōdignæ passiones huius temporis ad futurā gloriā quæ
 reuelabitur in nobis. Et paulo superius. Quod si sp̄ū eius
 qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in vobis, qui susci-
 tauit Iesum Christum à mortuis vivificabit & mortalit
 corporis

Rom. 8.

P R O L O G U S.

corpora vestra, propter inhabitantē spiritū eius in vobis.
 Audis corpora resurrectura, atq; beatificāda? Quō ergo
 animæ nō immortales? Quid igitur dicemus? Ede, bibe, lu-
 dū post mortē nulla voluptas? Dicāt hoc quorū vita à pecu-
 dū vita parū distat. Nos filij sumus sanctorū, ad imaginē
 Dei creati, varijs spūsceti donis eruditi, redēpti præcioſo san-
 guine Iesu Christi. Deū cōfitemur aeternū, delectationes in
 dextera eius usq; in finem collocatas, hominesq; iustos post
 hāc vitā p̄ficiisci i cælū, angelorū fieri socios, simulq; cū Leo
 creatore suo in aeternū regnacuros. Quod præuidēs prophe-
 ta dicebat æstuās desiderijs. Quēadmodū desidera. cernuus
 ad fontes aquarū, ita desid' Psal. 4.
 uit anima mea ad Deū fortē, viuū, qñ veniā, et apparabo
 ante faciē Deū. O dñe dominice vīrūla med. tū trāſe-
 bo in locū tabernaculi admirabilis usq; in domum Dei;
 voce exultatiōis & cōfessionis sonus epulatis. Epulemu
 ergo & nos Rex serenissime, atque Christianissime, &
 exultemus nō in comeditionibus, & in impudicitijs, non
 honoribus, falsisq; populi applausibus, nō in diuitijs, varijs-
 q; possessiōibus, sed in virtutibus, ac preciosis spūsancti do-
 nis. Et ut post verba, etiā facta aliquā succederet, cœpilabo
 rē hūc exigū in cōponēlis his dialogis de immortalitate
 animæ, introductis personis Christiano nēpe q; eā afferat,
 et Saduceo q; ex professiōne suæ sectæ negat: tibi eos q; a grā-
 tos fore existimauidicandos putavi. Tu ergo serenissime,
 Christianissimeq; rex, suscipe libenti aī munusculū p̄ Xps
 honore, vtilitateq; fideliū cōpositū: illudq; continuo recū in
 sinu gestato. Nā si tristitia tibi aliquā obrepserit de neceſſa-
 ria ex lege cōi hoīm morte subeunda, libelli titulus potens
 erit solari, q; est de aīarū immortalitate. Vale Rex serenif-
 simē P̄l ilippe: e dñs Iesus te seruet in columnen. Amen.



Frater Io. Iubinus Episcopus
Lectori. S.

Vra examinis huius libelli Dialogorū de immor-
talitate animæ demandata est mihi ab admodum
Reuerēdo D.Dño Georgio Padilla: Hæretice præ-
uitatis Inquisitore, quantum in me fuit perlegi opus,
eisque partes meas: ibi omnia, quæ ad fidem spectant
candida: quod si curiosius quam par esset ad alia diiudi-
canda accessissim, timerem illud proverbum, sutor ul-
tra crepidam non iudicet. Interim quisquis es, tot detri-
tis libris, vigilijsq; huius autoris Christianus Chri-
stianiss: aere. Dñ. Barcinoniseundo nonas Octo-
bris. anno. 1561.



A D S E R E -
NISSIMVM HISPANIAE
REGEM PHILIPPVM DIALO.
GI DE IMMORTALITATE
animæ,compositi à fratre Petro
Alphonso Burgensi Mo-
nacho & Eremita
Montis

DIALOGVS PRIMVS.

CHRISTIANVS. SADUCEVS.



HR. Existimabam equidem dogma illud Sardanapalicum (egregium tūclicet) iam olm obliteratum. Sad. Quod nam est illud Christiane? Chris.

Quod interrogas? illud nempe: Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas. Sad. Et quid tu cōtra illud habes Christiane? Nō ne verius hoc, & ex medio philosophiae fonte de prōptum? Chr. Ohominē

B impi

D E I M M O R T A L I T A T E

impudentem imo sacrilegum. Et quid cōtra illud habeam interrogas? quodq; i cele-ratus est, verissimum, summāq; philosōphiam esse afferis. Sad. Quidni veram phi-lophiam afferam? Dic tu, quid mendacij ha-bet: aut quid à philosophia alienum? Chr. Placet. Primum summā fœlicitatē in dele-ctatiōe posuit carnali, quod quā sit falsum, & à vera philosophia alienum, nemo non (modo sani iudicij) iudicet. Tum post mor-tem nil boni reliqui mortalibus superesse affirmat, & hoc contra philosophiam, om-nemque veritatem. Sad. Toto erras cœlo Christiane. Quid enim fœlicius quā indul-gere genio, ventri dare operam, & probe curare cuticulam? Tum autem quis mor-tuorum reuixit, & aliam esse vitam nobis euangelizauit? Chr. Imo quid infœlicius quām in feruire desiderijs, & corporis de-lectionibus totum vitæ tempus impen-dere? Deinde multo certiora, fidelioraque habemus testimonia, quā si aliqui ex mor-tuis reuixissent, & de vita illa beata, atque immortali nobis fuissent prolocuti: quam-quām nec hi nobis defint, qui & ipsi huius rei verissimi, certissimiq; testes aduenere.

Dia-

DIALOGVS SECUNDVS.

SADUCEVS. CHRISTIANVS.

SAd. O dementiam? Infelicitatem tu vobis
cas Christiane potētia, atq; opibus fie-
ri illustrem: mulierum speciosarū gaudere
amplexibus, mēsis opiparis, ac ferculis de-
licatissimis quotidie frui? mihi talis sem-
per contingat infelicitas. Ch. Nōne iuste
summam dixi infelicitatem ita nominem
demētire, vt r̄es fluxas, ac fragiles: & quod
deploratus sit nox. p. o. nūmīc nāveat,
atq; in his finem bonorū constituat? Nam
potentiam, & gloriā quis appellauerit fœ-
licitatem, que plerumq; per fas, atq; nefas
acquiruntur, & s̄æpe à nequissimis homi-
nibus possidētur? tum autem si iusto titu-
lo aliquando haberi contingat, quantos
prius labores, quot pericula, quātos fudo-
res, atq; animi angustias sustinere necesse
est: cum verò accidat amittere, si non ad la-
queum conuolet, aut præcipitum, nonne
pulchre cum eo actum est? Noli ergo po-
tentiam, aut gloriam fœlicitatem appellare,
que tot laboribus quæritur, tantus soli-
citudinibus, atque periculis custoditur, &

DE IMMORTALITATE

tot doloribus deperditur. Item virginum, mulierumq; pulchritudinem dicere fœlicitatem, nonne extremæ demenuæ est?
Ecc 14. Nam vt inquit Ecclesiasticus: Omnis caro fœnum: alia generantur, & alia deiiciuntur: sic generatio carnis, & sanguinis, alia finit tur, & alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, Prouer. 6. ibit cum illo. Sed & Salomon sapientissimus tanquam vera pater ad filium, sic loquitur. Conserua, fili mi, præcepta patris tui, & ne umbras regem manus tuæ, liga eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo: cum ambulaueris gradiantur tecum: cum dormieris custodiant te, & euigilans loquere cum eis: quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ, vt custodiant te a muliere mala, & a blanda lingua extraneæ: non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiariis nutibus illius. Mulier autem vir præciosam animam capit. Quæ nam potest esse fœlicitas in forma fœminæ, quæ velle ui febricula mutatur, vel morte prorsus deperit: deniq; ipsis floribus, arborumque folijs citius auolat? Imo quam non infœli-

atem

citatem in ea esse comperias, quando iuuenes illaqueat: viros eneruat: senes decipit: deniq; nobilissimam hominis portionem, quippe mentem, innumeris illudit modis? Postremo ponere fœlicitatem hominis in mensis splendidis, & cibis delicatis, quid aliud est, quam hominem belluam aliquam dicere, aut irrationalis animal, cuius omnis cura in ventre impledo sita est? Sed & ventrem pro numine alio adorare. vide quanta vesania. Escam, & ventrem, & ventrem, & escam simul disperdet Deus, inquit Paulus. ^{1. Corin} Ium autem nuperes, quæ ex ciborum luxu, nimiòq; vini potu oriuntur, consideres, non fœlicitatem pocula præclara, delicataq; fercula, sed extremū malorum appellaueris. Nonne ex nimio potu ebrietas, mollities, blasphemia, rixæ, homicidia, & ex crapula omnia morborum genera proveniunt? Vnde Chrisostomus ille vir plane aureus inquit, sicut nauis oneraria, quæ supra suam magnitudinem vehenda capit, oneris magnitudine grauata submergitur: ita anima, & corporis nostri natura, si plures acceperit cibos, quam ferre posset, impletur, & in perditionis pelagus demergi-

DE IMMORTALITATE

tur, & nautas, & gubernatores, & eos qui
in prora sunt, & alios nauigantes, & ipsum
onus, cum hominibus perdit. Sicut igitur
non tranquillitas maris, non scientia guber-
natoris, non nautarum multitudo, non pre-
parationis studium, non anni pars tempe-
stiuia, non aliud quicquam naui, quae sic in
tempestate est, prodest: ita & delicatis eue-
nit, neque cogitationum multitudo, neq;
eruditio. & admonitio, neq; exhortatio,
aut consilium, neque timor futurorum
aut pudor, neq; accusatio presentium, neq;
aliud quia iatuit potest sic periclitantem
animam, sed inualecit luxus, & ametia per
omnia, & sub aquas nolens volens eum, qui
aegrotat, defert, & graue facit naufragium.
Non ergo regnum Dei est in potu, aut esu:
non in potentia, & gloria: sed nec in mulie-
rum specie, corporis ue oblatione.

DIALOGVS TERTIUS.

SADUCEVS. CHRISTIANVS.

SAd. Parum abest ut me conuerteris. Sed
obsecro, ubi queremus felicitatem, si
in corporis, huiusque seculi oblationi-
bus

bus sitam n̄egas? Chr. Homo ex anima cōstat, & corpore. Hoc nemo vñquam negauit. Sad. Nec ego negauerim. Chr. Anima longe corpore est nobilior. Et hoc omnes assentunt. Sadu. Et ego quoque huic sententiæ meum addo calculum. Chr. Si anima corpori præstar, quæ ad eam pertinet præstantissima esse necesse est. Sadu. Necesse. Chr. Fœliciora ergo sunt animæ boni quā corporis. Sa. Non licet. Chr. In animæ ergo delicijs ponenda fœlicitas est, non in corporis. Sadu. Reuinxisti me Christiane. Velim, nolim, cogor assentire. Nunc obsecro, expone mihi animæ delicias: nam corporis oblectamenta iam cœpi fastidire, quando fœlicius aliquid, atque nobilius mihi cœpit illucescere. Chr. Faciam, ac lubens. Animæ deliciæ sunt virtutes, sapientia nempe, atque iustitia, quæ omnia corporis oblectamenta infinitis superant partibus. Delectant honores? Virtutes hominem faciunt honoratum. Delectant formæ mulierum? Nil virtutibus speciosius. Mensæ splendidæ, & cibi dulces arrident? Virtutes omnem supetant dulcedinem.

DE IMMORTALITATE
DIALOGVS QVARTVS.

SADUCEVS CHRISTIANVS.

SAd. O quantum gaudeo? Sed qui obser-
vantes bo-
mines ce-
liebres, d.
dit. Scro virtutes homines reddūt celebres?
Chr. Virtus hominem prudētem facit, iu-
stum, fortem, & temperatum. Quid vero
illustrius hominibus sapientibus, atq; pru-
de- ibus? Quid honoratus ijs, qui cum
emor- emor- ueritatem, atque iusti-
tiam? Quid celebrius homine forti, & eo,
qui aduersas eae anno se- equaliter
superat, & ybiq; intracto persistit animo?
Quid postremo gloriofius hominibus mo-
destis, temperatis, atque pudoratis? Vnde
credis Patriarchas illos veteres, atque pro-
phetas tantam gloriam sibi conciliasse, vt
etiam nunc viuant? Nonne quia omni vir-
tutum genere se ornare curarūi? Quid A-
postolos, cæterosq; sanctos vñq; adeo eue-
xit? nonne virtus, cui præcipuam operam
nauarunt? Omnes currunt ad monumen-
ta Prophetarum: omnes ad Apostolorum
reliquias properant, cineres etiam eorum
in tummo seruat honore. Nonne ergo ani-
mæ virtus valde venerabilis est, quæ se co-
erentes

lentes ita reddit illustres, ac spléidos? Sa.
 Placet quod dicis. Sed quia afferuisti pul-
 cherrimas esse virtutes, quam obsecro ha-
 bēt pulchritudinem? Chr. Invisibiles sunt, ^{virtutē} pulcher
 & ideo formæ earum videri non possunt,
 speciosissimæ tamen ab omnibus sapienti-
 bus perh. bentur, adeo ut dicit Plato philo-
 sophus ille eximus, si videri possent, nemi-
 nem non in sui admirationem, amorēque
 excitarent. Propriæa Deine cui etiam om-
 nes res invisibiles sunt manifestæ, au-
 tam omnipotens virtutum genere ornatam di-
 cit, Tota pulchra es amica mea, & macula ^{Cant. 4}
 non est in te: & de Iponso ecclesiæ Christo
 domino fertur, quod parauerit sibi spon-
 sam pulcherrimam sine macula aut ruga.
 De qua Dauid Rex sanctissimus prophe- ^{Psalm. 44}
 tat dicens: Astitit regina à dextris tuis in
 vestitu deaurato circundata varietate, de
 virtutum multiplicitate admirabiliq; for-
 ma intelligens. Sad. Et hæc valde arrident,
 sed perge. Quam obsecro habent dulcedi- ^{Virtutes}
 nem, quia omnibus mensis, ferculisiq; sua- ^{sunt pul-}
 uissimis eas præposuisti. Chr. Prudētia pri- ^{Prudētia,}
 ma, virtus est tanquam fons virtutum, que
 in veri inuestigatione versatur. At quid
 suauius

DE IMMORTALITATE

Iustitia. suauius, dulciusque quam causas rerum cognoscere: non falsa pro veris habere: non obicuris vera inuenire: non superfluis vel implexis vel ambiguis occupare animum? Homo cæteris animalibus maxime præstat, quod rationis est particeps: (ed quid suauius quam eo uti, quo omnium animalium est præstantissimus? Secundo loco ponitur iustitia, quæ suum cuique tribuit, alienum non vendicat. utilitatem propriam negavit, ut communem æquitatem custodiat. Nonne & hoc dulcissimum est? Nam quid suauius quam secundum naturam vivere? quod maximæ præstat iustitia, quæ docet inuicem nobis auxilio esse debere: certare officijs: in medio omnes utilitates ponere: adiumentum ferre alterum alteri, vel studio, vel officio, vel pecunia, vel operibus, vel quolibet modo, ut inter nos societatis augeatur gratia: nec quisquam ab officio vel periculi terrore reuocetur, sed omnia sua ducat vel aduersa, vel prospera. Magnus est ergo iustitiae splendor, incredibilisque suauitas, quæ alijs potius nata quam sibi cōmunitatem nostram societatemque Fortitudo, adiuuat, atque conseruat. Sed quid de for-

titudine dicam, quæ tertia est in ordinē vir-
 tutum? Nonne & hæc plena est suauitate,
 atq; dulcedine? Nā quid suauius est, quam
 bellum gerere cum vitijs: ornamētum de-
 fendere? quæ laus fortitudinis est. Quam
 ad labores inuictam: imperterritam ad pe-
 ricula: inimicam voluptatum: aduersus car-
 nis illecebras seueram omnes perhibent fa-
 pientes. Dulcissima ergo fortitudo quæ ho-
 stes animæ prosternit, & amica tuetur. Tē
 perantiam vero, quæ , quis non
 dixerit dulcissimam, in qua maxime tran-
 quillitas animi, sicut studinis,
 moderationis gratia, honesti cura specta-
 tur. Nam quid dulcius, quam rebus singu-
 lis modum seruare, atq; impartiri ordinē?
 Nonne hoc docet temperantia? Docet sa-
 ne. Nam qui vniuersæ vite equalitatem ser-
 uat: singularumq; actionum modos, ordi-
 nem quoque atq; constantiam dictorum,
 atq; operū, is maxime tēperans est. Hę sunt
 ergo animæ deliciæ honorabiles, speciose,
 suauissimæ, infinitisque partibus corporis
 delectationes tuperantes. Quare in his, &
 nō in carnis oblationibus fœlicitatem
 philosophicā ponendam merito diximus.

DE IMMORTALITATE
DIALOGVS QUINTVS.

SADUCEVS CHRISTIANVS.

Ad. O christiane, plane tu mihi velut Deus hodie fœliciter occurristi. Nō capio me præ letitia. Valeant saducei vel potius epicurei cū hæresi sua, qui mihi vena- na pro antidoto haec tenus propinarunt. Valeant honores: valeant carnis deliciæ, cum pulcherrimis dulcissimisq; virtutibus fœ- dus aeternum. Sit mire, quæ vera solidaq; bona iunt. Nescio quid dignum tanto mu- giere tibi. Ceterum ut uollemus confabule- mur nunc si placet aliquid de anima, quan- do de præciosissimis eius bonis haec tenus actum est, id enim mihi summopere pla- cet. Et primum à quo tempore sunt animæ, si creantur simul cum corpore, an longe ante fuerūt create, & formato corpore in- funduntur? Chr. Alij afferūt, vt inquit Hiero- nymus, vir sanctissimus atque eruditissimus, quod formatis in utero corporibus, Deus quotidie faciat animas & infundat. Alij factas iam olim, id est tūc cum omnia Deus creauit ex nihilo, nūceas iudicio suo dispenset in corpore. Et hoc sensit Orige-

nes & nonnulli alij græcorum. Sed primū
tenet ecclesia. Sad. At quid est tādem ani-
ma? Chr. Aristoteles ille philosophus ma-
ximus inquit, Anima est actus corporis
physici organici in potentia vitam haben-
tis. Diuus vero Iustinianus patriarcha sic
eā diffinit, Anima, inquit, est substantia in-
uisibilis, incorporea, immortalis, Deo simili-
lma habens imaginem creatoris, quæ cæ-
teris occupari potest om̄ne res renderi om-
nino non potest, capacem enim Dei, quic-
quid Deum ipius est, non implebit. Ipsius
vero excellentia donec corruptibili deti-
netur corpore ad plenum nō cognoscitur,
sed quādo ab ipso liberata fuerit, tunc re-
uelabitur gloria eius. Vnde & Augustinus
episcopus sanctissimus, ac mira eruditione
clarus, ait, Licet nonnulla ambigua a qui-
busdam super eius origine proferantur, in-
uenimus tamē eā esse quendā intellectua-
lem spiritum per creatoris potentiam fa-
ctum, mortale corpus, quod sustinet, viui-
ficantem. De eius vero dignitate ait Basilius
ille magnus, Magna res est homo, di-
gnitatem in naturali constructione habēs.
Quid enim in terra aliud iuxta imaginem

DE IMMORTALITATE

conditoris factum est? cui principatus in
omnes, & potestas terrestrium, & aquati-
corum, & aëreorum animalium donata est?
Paululum infra angelorum dignitatē de-
scendit propter terreni corporis coniun-
ctionem, vis intelligendi, ac cognoscendi
conditorem ac opificem suum ei insita est.
Insufflavit enim inquit Moyses de Deo, in
faciem, hoc est propriæ gratiæ partem ali-
quam homini ut per simile simile
cognoscat, super cœlum, super solem, su-
per stellas honoratus. Quid ex cœ-
lestibus imago Dei altissimi dictum est.
Qualem vero imaginem conditoris seruat
sol? Quid luna? Quid reliquæ stellæ? inani-
mata quidem, ac materialia, & solum pel-
lucida corpora possidentes, & adeptæ, in
quibus nusquam mens, non voluntarij mo-
tus, non liberum arbitrium, sed serua sunt
incumbentis necessitatis, per quam immu-
tabiliter circa eadem versantur: super hæc
igitur prælatus homo secundum animam.
Saduc. O magnam hominis dignitatem?
Quam pauci mortalium eam cognoscunt:
pauciores operibus adæquant: videoas ple-
rosque vitam brutis animantibus agere

infernorum. Sed perge obsecro. Chris. Audi Batilium de eadem hominis excellētia. Animam, inquit, acceperisti intellectualem, per quam Deum verum consideras, rerum naturam ratiocinatione intueris, sapientiæ fructum iucundissimum decerpis: omnia terrestria animalia mansueta, ac sylvestria, omnia item in aquis degentia tibi seruiunt. Non tu artes inuenisti, & vrbes constituisti, & quæ vitæ necessaria, & quæ ad voluptatem pertinet excognasti? non peruvias sunt maria per rationem: non terra & pelagus vita tua inveniunt? Non aér, & cœlum, & stellæ ordinis sui rationem tibi ostendunt? Quid igitur pusillanimis es, quod equus tibi non est argenteum habens frænum? At solem habes velocissimo cursu per totam diem faculam tibi præferentem. Non babes argenti, & auri splendores? At lunam habes ingentilucæ sua te illuſtantem. Non concendis currus inauratos? At pedes habes proprium vehiculum, & tibi ipsi ingenitum. Non dormis in lectica Elephantina ex ebore constructa? At habes terram multis eboreis prestantiorem, & dulcem

in

DE IMMORTALITATE

in ipsa requiem, celerem somnum, & a cura liberum. Non decumbis sub fornice, ad culmine aureo? At cœlum habes inenarrabilis stellarum pulchritudinem relucens. Vide ergo quanta hominis dignitas, & quanta animæ excellentia. Volo tibi & ethnici cuiusdam, nempe Ciceronis totius eloquentiæ principis de hac eadē re adducere sententiam, Animus inquit, est rationis cōpos, & particeps, quo nū ab optimo, & sapientissimo genitissimum est procreatus. Et

¶. 10. in paradoxis, Nobis Deus dedit animum, quo nil est p., n. q., ius. Sad. Pulchra profecto sunt hæc omnia, & quæ maxime animum meum delectant, atque illustrant. At reuertamur ad ipsius animæ naturam speculandam. Sunt ne aliquæ potentiæ animæ distincte, quæ diuerſas inter se habeant operationes. Chr. Sunt certe. Nam

Duplices animæ potentiæ. Aristoteles tertio de anima dicitur.

Aristot. 3. esse animæ potentiæ. Quasdam organis aliigatas, ita ut sine organis non operentur.

Vt potentia vegetativa, visiva, auditiva, gustativa, olfactiva, & tactiva. Nam organis corruptis potentiae hec non operantur. Alias non aliigatas organis, id est quæ sine or-

ganis

organis exercet suas operationes. Ut sunt intellectus, voluntas, & memoria. Nam homo detractis oculis, & factus furdus adhuc intelligit, & vult, & recordatur: imo detracto toto corpore per mortem adhuc nil detrimentum recipit. Ideo potentiae organis non alligatae dicuntur: namque non requirunt organa ad suas operationes exercendas, licet ad ipsas habendas sint necessarij sensus, pro huius via non quoniam nil sit in intellectu, quod non prius fuerit in sensu. At omnes entia que sunt alligatae organis, dicuntur animales: queverò non sunt organis alligatae corporibus sunt potentiae diuinæ potius, atq; angelicæ. Sadu. Pulchre tu quidem de anima, deque eius potentijs differuisti. Sed audi nunc me obsecro. Saducei aiunt animam simul perire cum corpore, & post hanc vitam nil homini superesse reliqui: tu autem eam superius afferuisti immortalem: tolle quoque a me & hunc scrupulum, vt totus in religionem vestram conuolem. Nam & hoc vehementer me habet sollicitum. Videlimus prius uero enim hominem verti in puluerem: etiam fieri vermium, & omnibus horribilem, ani-

DE IMMORTALITATE

mam verò eius nec sursum volare / erni-
mus:nec deorsum deicendere:nec quid de
ea actum sit cognoscimus. Vnde ergo im-
mortalem cōiecturabimus? Chr. Esto nūc
mihi prælens Saducee:præbeq; omnem at-
tentionem. Nam res hęc grandis est valde,
& digna, de qua multus habeatur sermo.
Mori inquis, videmus hominem, animam
euclare nō cernimus. Vnde igitur sciemus
immortalem? ... que corpore, adhuc
superinvenire? Responde quoq; Homo ne
ex anima constat &c. Constat.
Chr. Vedit ne aliquis animā dum adhuc in
hac corporis clauditur custodia? Sad. Ne-
quaquam. Chr. Cur ergo animam confite-
ris in corpore inuisibilem, & in morte du-
bitas, quia non aspicis egredientem? Non
rectum hoc iudicium. In corpore sane est
inuisibilis, quia talis eius est natura:& extra
corpus quoq; inuisibilis: quoniam nec sic
etiam suam mutauit naturam. Quot secre-
ta latent in mari? quot abscondita in terræ
cuniculis teguntur? quot abstrusa cōtinet
cœlum, quę etiam si longissime ab oculo-
rum abflunt intuitu, tamen certissime, atq;
in dubitato esse creduntur. Nonne etiam

multi credis, quæ olim tibi dicta sunt, atq;
 relata, quæ tamen corporis oculis nunquā
 vidisti? Ergo multa sunt dicenda vere vi-
 uere, etiam si oculis corporis cernere non
 queas. Sad. Pulchre tu quidem ad primam
 hæsitationem: nempe non videtur anima,
 cum moritur homo. Nā multa (vt ais) non
 videntur, & tamen sunt. Relinquitur ergo
 nunc si post mortē sit. Nam posse esse inui-
 sibilem nullum mihi. Multæ
 rationes, quæ hoc probant adducuntur,
 sed si attrahuntur, adferam in mediū.
 Primo animam esse post mortem, immor-
 talemque ex eo constat: quoniam cum genus
 hominum propter animi inquietudinem,
 corporisque imbecillitatem, & rerum om-
 nium indigentiam duriorem quam bestiæ
 vitam agant in terris, si terminum viuendi
 natura illi planè eundem cum cæteris ani-
 matis tribuisset, nullum animal esset ho-
 mine infœlicius. Quoniam vero fieri ne-
 quit, ut homo, qui Dei cultu proprius cun-
 ditis animantibus accedit ad Deum beatitu-
 dinis autorem, omnino sit omnium infœ-
 licissimus, necessarium esse videtur animis
 nostris ab hoc carcere discedētibus lucem

DE IMMORTALITATE

aliquam superesse. Sad. Argumentum hoc mihi constare neutquam videtur. Primum, quoniam homo cæterorum animantium non potest dici infelicissimus, ut tu afferis: quia etsi varijs tum corporis, tum animæ calamitibus diuexetur, tamen quia mente præditus est, sapientia, atq; prudētia quadam illuſtris, cæteris animabus præpositus, fœlicissimum potius eum dixerim maximus. In ratione quadam animi, atq; fortitudine omnibus vite incommodis, atque molestiis faciliter superaretur. Deinde quāquam cultu ad Deū proprius accedat, non propterea immortalis. Potest enim Deum in hac vita colore, & tamen soluto corpore, simul dissolui, & interire. Quamobrem aut aliam assigna rationem: aut noli afferere animā immortalem. Chr. Quāquam superius argumentum latis probabile videbatur, tamen quando id petis, fortius, atq; insolubilius id tubi nūc persuadebo. Deus & natura nil faciunt frustra. Non negas? Sad. Minime. Chr. Cunctis mortaliibus inditum à Deo cernimus immortalitatis perpetuum desiderium. Sad. Inditum. Chr. Aut frustra ergo desiderium hoc ho-

minibus indidisse Deum (quod nefas est dicere) aut immortalitem omnino ponendam, atque credendam esse, dicendum relinquitur. Sad. Ne hoc quidem vincit argumentum. Nam si desiderium immortalitatis probaret animæ immortalitatē, consequens esset, omnia esse immortalia. Omnibus enim, ut videmus, à natura inditum est perpetuum quoddam atq; indefessum sui cōseruandi studium: & nilest quod sui cupiat dissolutionem, non tamen ideo dicimus omnia immortalia. Relinquitur ergo desiderium immortalitatis nō esse sufficiens argumentum probandæ immortalitatis. Chr. Sufficientissimum plane. Nam quodvis omnia studere suę conseruationi, & tamen non omnia esse immortalia: suæ quidem conseruationi student, immortalitatis tamen desideriū non habent. Quod enim cognoscere non possunt: nec desiderare quidem vñquam valebunt. Constat namq; duo esse appetitionum genera. Alterum rebus omnibns cōmune, quo vnum quodq; ad accommodum, sibiique profuturū fertur. Alterum eorum proprium, quæ polent cognitione, quo metuunt, cupiuntq;;

DE IMMORTALITATE

dolent, gaudentq; , & mille abijs varijs ntur
affectibus. Vt rume; tamen pro iuenda sua
contendit essentia. Quandoquidem nulla
res prolsus est quæ, se esse non amer. Qué-
admodum autem cōmuniſ ille appetitus
non vno tantū inuenitur modo in his quæ
certis finiuntur etatibus, & in his quæ nun-
quam definiunt: quandoquidem quæ sene-
scunt, effundere desiderium in omnitem
pus nō auderit: uotum autem vigor tem-
poris diuturnitate no lenteſcit, per leuera-
re ſemper eadē magnopere concupiſcunt.
Haud ſecus appetitus ait, quenq; cogno-
ſcentium diximus eſſe proprium, diuersa
ratione reperitur in his, quæ ſenſu tantum
mouentur, atq; in his quæ intelleſtu præ-
ſtant. Illa autem quoniam ſolū quod ad eſt,
aut imminet apprehēdunt, in longum ap-
petitiones non ſuſpendūt: hec autem quo-
niam vniuerſa varietatum, mutationum,
temporumq; volumina contemplatione,
pariter, & prouidentia excellūt, reliquum
eſt, vt parem vim appetēdi fortita nō hoc
tantum, vel illo tempore, ſed in æuum du-
cere vitam cupiant. Ergo non omnia im-
mortalitatē deſiderant: quæ autem deſi-
derant,

derat, tandem eam consequūtut : quoniā Deus & natura, vt diximus, nil faciunt fru-
stra. Et quia ex genere hoc animus noster
est, immortalē, æternumq; esse fatendum
est. Præterea cætera ideo nō sunt immor- Ra. .3.
talia, quoniam non sunt simplicia, sed ex
contrarijs composita: vel si simplicia, con-
trarietati tamen subiecta: quod autem ex
contrarijs inter se cōsistit qualitatibus pro-
pter perpetuam, mutuāmq; adinuicem pu-
gnam, corrumpi aliquando necesse est. Vn-
de animalia, arborum fructus, herba, &c.
raq; huiusmodi temporestandē dissoluun-
tur: & econuerlo cœlum, & astra, quia sim-
plicia sunt, nullisq; constant contrarijs, in-
corruptibilia esse omnes asserunt philoso-
phi. Quare quia anima simplex est, & ab
omni contrario remotissima, eiq; insitum
à natura perpetuum immortalitatis desi-
derium, incorruptibilem esse, atq; immor-
talem fatendum est. Sad. Vnde tibi constat
simplicem esse, contrariumq; non suscipe-
re? Chr. Hoc facile probari potest, quoniā Proba. 10.
omnipotens Deus quando fabricauit orbē anir si ex.
ait: Producant aquæ reptile animæ viuen-
tis: & terra animalia viuentia: ideoq; hæc

C. iiii corru

DE IMMORTALITATE

corruptioni cōstat esse subiecta , quā niam ex materia corruptibili sunt condita . At quando ad hominem ventum est, non ait, Producat terra, aut aqua, sed faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: non ex materia corruptibili, sed sola potentia, & bonitate sua eum esse iubens. Sinon ex materia corruptibili, ergo simplicissima est anima, nec corruptioni subiecta . Sadu. Adhuc restat mihi scrupulus, neque ex omni parte nāc mihi sufficiunt.

10.4. Chr. Iuror hominem tam fœlici ingenio præditum in retau. clara potest narrare. At audi nunc aliud, & si potes deinceps dubita. Quæ à Deo sunt, ordinata esse necesse est. Non negas. Sadu. Nequaquam. Chr.

Cœlum, atq; astra incorruptibilia esse omnes asserimus. Sadu. Hoc nemini dubium.

A minori. Chr. Si cœlum incorruptibile, quare anima quæ multo nobilior est cœlo, non incorruptibilis, propter quam & cœlum, & terram, & quicquid cœli ambitu continetur creata à summo, rerum opifice omnes sci mus. Si incorruptibilis (vt fateri iustū est) ergo & immortalis. Sad. Verisimile: sed nō necessarium. Potuit enim Deus illa creare incor-

am incorruptibilia, animam verò corruptibi-
 At lem (vt est liberrima eius potentia. Christ.
 it, Necessarium plane. Regula enim philo-
 phorum est, Propter quod vnumquodq;
 & illud magis. Certum est cœlum, & astra
 propter animam esse: At illa incorruptibi-
 lia sunt: ergo multo magis anima. Sadu. At
 quia si Deus voluit illa creare incorrupti-
 bilia, animam verò corruptibilem, atque
 mortalem, nunquid non in eius situm fuit
 potestate? Chr. Situm protero, sed aliter
 fecit. Sadu. Quomodo aliter? Hoc ipsum
 est, quo d prorsus diffiteatur. Chr. Non est
 diffiteare, quoniam res adeo manifesta
 est, vt in ea aliquid dubitare nil aliud sit,
 quam in scirpo nodum querere. Sad. Pla-
 ne mihi non manifesta, si non fortiori ar-
 gumento eam comprobaueris. Chr. Pror-
 sus comprobabo. Quod per se mouetur, Ratio.
 semper moueri est necesse: animam verò
 per se moueri omnes philosophi afferue-
 runt: ergo semper moueri est dicendum. Si
 autem semper mouerur, semper vivit, quia
 motus animæ vita eius est. Sadu. Nec hoc
 mihi tollit dubium, quoniam animalium
 animæ irrationalium seiphas mouent, sed

DE IMMORTALITATE

tamen corrūpuntur. Ergo nō omne quod
a seipso mouetur, semper moueri est neces-
sarium. Chr. Concedimus quidem animas
irrationales seipſas mouere, sed suapte na-
tura, & necessario, & ideo corrupta mate-
ria, & illæ corrumpuntur: animæ verò ra-
tionales à libero arbitrio mouētur, sua spō
te, atque à nemine impulse, propterea &
semper viuere concedendum est. Item bru-
torum animæ ideo (vt iam prædiximus)
sunt corruptio[n]es, quoniam de materia cor-
ruptio[n]is sunt productæ: anima verò ratio-
nalis sola Dei pot[est]ia, aitq[ue], voluntate con-
stat: sicq[ue]; creata est vt seipſam moueat: cū-
que motus eius sit vita eius, semper se mo-
uere est necesse, quoniam nunquā sibi de-
esse potest. Si ergo semper se mouet, sem-
per viuit. Præsertim cùm à nullo ei vis in-
ferri possit. Sad. Non consequens est quo-
niā sola Dei potentia constat, & non ex
corruptibili, esse incorruptibile animam.
Nam potest vt cætera quæ ex corruptibi-
libus constat Dei voluntate corruptibilis
esse. Quāobrē nec hoc tollit mihi scrupu-
lū. Chr. Si anima sola Dei pot[est]ia constat,
& ex nihilo creata est, dic mihi quomodo
, potest

pote*t* corrūpi: vel in quæ resoluetur? Sad.

Quēdmodū Dei potētia cōstat: potest ab eadē potētia deferi, & in nihilū redigi. Ch. Ratio. e


Quod hoc nō fiat, sola hæc ratione ubi cōstare potest: quoniam rerum omniū creator nil & que desiderat, quā vt vñū quodq; in suo gradu permaneat, conferueturque: ad quod tane pertinet, vt quæ sunt incorruptibilia, perieuerent incorrupta: corruptibilia vero corruptioni subiecta. Quemadmodum enim ad vñū, & pueritū dinem pertinet, vt quædam sint corruptiūna, autem semper permanēntia, ac ad eandem pertinet vt vnumquodq; in sua natura semper subsiliat. Ad hæc homo factus est, vt iūmum bonum inteligeret, amaret, atque possidere. Intelligere aut summū bonum: diligere: aut possidere in hac vita nemo perfecte potest. Ergo post hanc vitam alia relinquitur, in qua id possemus. Vnde cōstat non sic Dei potentia cōstare animam, vt statim corrupto corpore ab ea deferatur, atq; in nihilum redigatur: immo vt post hanc vitam beata immortalitate donetur. Sad. Vnde mihi constare potest, quòd homo conditus sit, vt fruatur summo bono?

DE IMMORTALITATE

Liqueat hoc mihi aliquo argumento. Chr.
Argumentum in promptu est: quoniam
nemo est mortalium, qui non hoc sibi ve-
lut ultimum finem proponat. Aut frustra-
bitur tuo fine, quod nullus dixerit, cum ce-
tera omnia etiam homine inferiora finem
suum adquirant: aut tamen ad finem opta-
tum deueniet. At non donec corporis ad-
huc compeditur vinculis: ergo erit quando
tandem vincula dirumpentur? Et per hoc
clare patet etiam corpore soluto adhuc su-
perculere animam, atque ad finem suum
deuenire. Sad. Atqui haec vera enent, si ut
afferis omnia finem suum adipiscerentur:
sed multa sunt, que sine suo fraudantur: er-
go non est necesse hominem asequi finem
suum. Chr. Nil est omnino, quod suo fru-
stretur fine. Hoc enim velut basim ac fun-
damentum tibi proposuimus. Sad. Quod
secus seres habeat, nunc manifestissimi ti-
bi probabimus exemplis. Finis enim ignis
est ferri sursum, & tamen saepe impeditur
aliquo obiecto corpore grossiore. Aquæ
quoque finis est præterlabi, nihilominus non
raro varijs rerum obstaculis detineri solet
eius impetus. Ergo multa sunt, ut diximus,
quæ

quæ opositum finem non assequantur.
 Chri. Si aliqua suū non assequuntur finem,
 hoc certe non ex sua est natura, sed casu
 quopiam, atq; fortuna. Atqui certum est
 res non estimari à contingentibus, sed ab
 his, quæ illis à natura insunt: & ad quæ na-
 turali quodam motu feruntur. Nec etiam
 ipse homo consequetur finem suum, népe
 beatitudinem, si per peccatum sibi ipsi ve-
 lut obstaculum quoddā opponat, quo ab-
 lato, eo illum deferrī recto itinere nō est
 dubitandum. Sad. Argumentum certe latus
 vehemens, si mihi ipsi id persuadere valeā.
 Chr. Nescio quid te detineat, præ-
 fertim vbi tot irrūpant radij veritatis. Au-
 sculta nunc aliud, quod etiam ipsos lapides
 illustrabit. Hoc inter hominum brutorūq; Ratio.
 animas interesse concedis libenter, quòd
 hę duplē, illæ verò triplicem habeant
 potentiam. Bruta sensitiuam & vegetati-
 uam tantum, homines verò has, & intelle-
 ctiuas. Hinc sit quòd resolutis in animali-
 bus potentijs organicis, corrupti, interi-
 req; ea necessarium sit. In hominibus verò
 post mortem, quoniam & intellectiuae ad-
 huc superflunt, animas eorum adhuc viue-
 re

note.
anopis
Juan



DE IMMORTALITATE

re relinquatur, quæ quia incorruptionibiles
sunt, & immortales esse concedendum est,
Sad. Est quod homines triplices habeant
potestas: at quis nouit, filii morientibus,
similiter cum sensu etiam intellectu, & nō
desinat? Quare nech hoc tollit mihi du-
bitationē. Chr. Desinere nullo pacto pot-
sunt, quoniam anima ipsa non potest desi-
nere. Sadu. Hoc ipsum est quod negamus.

Nam haec enim dicimus animum simul cum

R. io. 5. corpore interire. Chr. Miror tantam ceci-
tatem, ne dicam oblitus. In animis
rationalibus nil est admixtum, nil concre-
tum, nil copulatum, nil coaugmentatum,
nil duplex, ut supius disputauimus. Qued
cū ita sit, certe nec secerni, nec diuidi, nec

Quid est
interitus.
decerpi, nec distrahi potest. Igitur nec inte-
rire. Est enim interitus quasi dilectus, &
discretio earum partium, quæ ante interi-
tum iunctione aliqua tenebātur. Quid hac
re clarius inueniri potest? Adhuc hæres?
Sad. Cōcedimus sane in animis nil esse cō-
cretum vel mixtum: ac dicimus animā ex
nihilo esse creatam: & proinde in nihilum
redigi posse. Chr. Potest quidem redigi in
nihilum per potentiam creatoris, cui nihil
resistit,

les resistit, non autem quòd ipsa fit corruptibilis. Dicitur enim corruptibile, cui inest potentia ad non esse, à qua longissime distat anima. Sad. At hoc est sane, quod iam dudum affluerimus. Nempe inesse animæ potentiam ad non esse. Nulla enim res sine propria operatione esse potest, sed propria operatio animæ est intelligere cum phantasmate: neq; quicquam sine phantasmate comprehendere valeret: phantasma autem non est sine corpore. Ergo anima necessario desinit destructio corpore. Chr. Hoc verum haberet, si ide effectus animæ, quæ speramus, cum hoc in quo nunc sumus. Intelligere enim cum phantasmate est propria operatio animæ secundum quòd corpori est unita: separata autem à corpore habebit aliud intelligendi modum alijs substantijs separatis similem. Sa. Hanc opinionem an ex proprio hauris fonte, vel diuino aliquo oraculo acceperisti? Quis hominum nouit, si soluto corpore aliud intelligendi modum habebunt animæ? Dicimus nullum intelligendi modum eas habituras: quia omnino non erunt. Corrumperentur enim cum corpore. Christ. Impossibile est Ratio. re. cor

DE IMMORTALITATE

corrumpi eas, quoniam formæ sunt Nam id quod secundum se conuenit alii, est interparabile ab ipso: esse autem per se conuenit formæ, quæ est actus. Vnde & materia secundum hoc acquirit esse in actu, quia acquisit formam: secundum hoc autem accidit in ea corruptio, quod separatur forma ab ea. Impossibile est autem, quia forma separetur a seipso. Vnde fieri nequit, quod forma subsistens desinat esse. Et demus quia anima sit ex materia & forma composita, ut quidam asserunt: tamen adhuc necessarium est esse incorruptibilem. Non enim inuenitur corruptio, nisi ubi inuenitur contrarietas, ut supra tatis differuimus. Vnde corpora cœlestia, quia non habent materiam contrarietati subiectam, incorruptibilia sunt. In anima autem intellectua nō potest esse aliqua contrarietas. Recipit enim secundum modum sui esse. Ea vero, quæ in ea recipiuntur, sunt abique contrarietate: quia etiam rationes contrariorum in intellectu non sunt contrariae: sed est una scientia contrariorum. Nō potest ergo esse, quod anima intellectua sit corruptibilis. Sadu. Si mihi probes animam per se subsistere,

stere nulla mihi ratio cur amplius de eius
 ambigam immortalitate: sed hoc plane est
 quod intellectu nostrum subterfugit: nec
 assequi valeo. Chr. Hoc tibi nunc adeo fa-
 ciam manifestum, ut illud luce clarus vi-
 deas. Si in animo nil esset quam vita, nulla
 esset differentia inter homines & herbas, vel
 arbores aliasq; frutices. Item si nil haberet
 animus hominis nisi ut appeteret, aut fu-
 geret, id quoq; esset ei commune cum be-
 stiis. At praeter haec (vc inquit Tullius) &
 volo eius verba proterre in mediū: aut enim
 quam maxime peruenit, habet etiam pri-
 mū memoriam, qua quid admirabilius aut
 dici potest, aut cogitari? Nā quid est illud,
 quo meminimus, aut quam habet vim, aut
 vnde naturam? Non dico de memoria ex-
 cellentium quorundam virorum, qui ad-
 mirabili quadam memoria erant ornati,
 sed de communi omnium loquor, & eoru
 maxime qui in aliquo maiori studio, & ar-
 te versantur, quorum quanta mens sit, dif-
 ficile est existimare, ita multa meminerūt.
Quo hæc spectat oratio? Quæ sit illa vis,
 & vnde sit interrogo? Non est certe nec
 cordis nec sanguinis, nec cerebri. Et ideo

D

con-

DE IMMORTALITATE

constat rem plane diuinā nec corporeā ali-
gatam, sed per se tubsistente. Pot̄ h̄c
quid vis illa, quæ tandem est, quæ inuesti-
gat occulta, quæ inuentio, atque excogita-
tio dicitur? Ex hac ne tibi terrena, morta-
liq; natura, & caduca, concreta ea videtur?
Prolecto qui primū (quod summæ iapié-
tiæ Pythagoræ vifum est) omnibus rebus
impostuit nomina: aut qui dissipatos homi-
nes congregauit, & ad societatem vitæ cō-
uocauit: aut quionos vocis, qui infiniti vi-
uēdantur, paucis literarum notis termina-
uit: aut qui erratiū stenarū mōtus, pro-
gressiōes, naturāfīq; notauit: qui fruges, qui
vestitum, qui tefta, qui cultum vitæ, qui
præfidia contra feras inuenerunt, à quibus
manuetaſti sunt, qui vocum harmonias
excogitauerunt: qui ſtrophum conuerſio-
nes, omnesq; eorum nouit motus, is fane
docuit ſimilem animū ſuum eſſe eius, qui
eum creauit, per ſe existere, nunquamque
perire. Qui vero carmina condunt poeti-
ca plena ientētis: fed & qui orationes rhe-
toricas instar fluminis inundantes, artifi-
cioque prorsus ſtupendo componunt: po-
ſtremo qui modestiam, qui caſtitatem, qui

mag.itudinem animi, qui iustitiam, cæteraque docent virtutes, nonne diuinum aliquid in se latere clare ostendunt? At qui animorum nulla in terris origo inueniri potest. Nihil enim est in animis mixtum, aut ^{n.R. ac b} originatum quod ex terra natum, atque fictum esse videatur. Nihil est aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. His enim in naturis nihil ineſt quod vim memoriae, mentis, vel cogitationis habeat: quod ~~per~~ ^{per} sequia teneat, & futurum prouideat, & comple~~ta~~ ^{ta} p̄cipiat præsentia. Quæ ſola diuina ſunt: nec inuenietur inquam unde ad hominem venire possint nisi à Deo. Singularis est igitur quedam natura, atq; vis animi leiuincta ab his uſitatis, notilq; naturis. Itaq; quicquid est illud, quod tentit, quod lapit, quod vult, viget, cœleſte, & diuinum eit, ob eam rem eternū ſu necesse eit. Nec vero Deus ipſe, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest nisi mens toluta quedam, & libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia ſentiens, atque mouens. Ad huius similitudinem creata eit humana mēs. Sa. Tota hęc tua oratio eo vergere videtur, ut doceas immortalem animā, quoniam me-

DE IMMORTALITATE

moria atque intelligentia quadam predita
fit, quae participationes quaedam diuinitatis
esse videantur. Si per hoc anima immorta-
lis esset, coniequens foret cetera quoque
omnia esse immortalia. Nam vnu quodq;
pro suo modulo Deum imitatur, eiulique
est similitudo. Itaq; aut aliam prebe ratio-
nem efficacitatem: aut quemadmodum cæ-
tera sunt corruptibilia, ita quoq; animam
mortalem corruptibilemque esse fateare.
¶ Non tantum diximus animam immor-
talem, quoniam participatio quaedam est
deitatis: sed quoniam vi quadam predita
fit, quae per se subsistat, corrupcioq; non pos-
sit. Sadu. Hoc est quod dixi subterfugere
meam intelligentiam. Nimirum quomo-
do anima per se subsistat. Chr. Quaque
proximo argumento fatis hoc constare po-
terat, tamen adhuc fortius, atq; indeclina-
bilius id nunc tibi faciam manifestum. Ne-

R. 11. 13. mini dubium quin homo rationis particeps,
intellectu omnium corporum naturas co-
gnoscere potest: Quod autem aliquarum
rerum cognitionis est capax, nil eorum in
sua habeat natura est necessarium. Nam
quod ei natura insitum foret, aliorum co-

gni

gnitionem impediret. Sicut lingua infirmi amaro seu cholericō humore infecta, aliquid dulce percipere non potest, sed omnia ei amara videntur. Vnde si mens seu anima in se corporis alicuius haberet naturam, omnia corpora cognoscere non posset, omne enim corpus aliquā naturam determinatam habet. Impossibile igitur est principium intellectuale corpus esse. Rursus fieri nequit, ut per organū aliquod intelligat corporeū: cum etiam natura illius organi determinata cæterorum corporum cognitionem prohiberet. Sicut si aliquis determinatus color sit non solum in pupilla, sed etiam in vase vitreo liquor insulus, eiusdem videbitur coloris. Ipsum igitur intellectuale principium, quod dicitur mens vel intellectus, habet operationem per se, cui non cōmunicat corpus: nil autem potest per se operari, nisi quod per se subsistit. Non enim est operari nisi existētis. Vnde eo modo aliquid operatur, quo est. Propter quod non dicimus quod calor calefacit, sed calidum. Liquet ergo animā humanam, quæ dicitur intellectus vel mēs esse aliquid incorporeum, & per se subsi-

D iii stens,

DE IMMORTALITATE

stens, ideoque etiam corrupto, solum que
corpore superuiuere.

DIALOGVS SEXTVS.

SADUCEVS

CHRISTIANVS.

Ad. O Deum immortalē. Nescio quid
Slucis in solitāe mihi videre video: nec si
velim, valeam contradicere. O Christiane
quām fōeliciter hodie mihi occurristi? At
per se obsecro. Cupio enim hæc ex te au-
dire diffusius. Chr. Gaudeo equidem Sa-
ducæ, atq; iterum iterumq; gaudeo, nec
me continere possum prælætitia. Illumi-
nare enim oculos corporis magnæ est ar-
tis, atq; præconij, sed oculos mentis tene-
bris densissimis obcæcatos illustrare, pror-
sus diuinum est opus, immensęque virtu-
tis. Quāmobrem si iam vides animas im-
mortales quas ante mortales credebas, age
summo Deo luminūq; patri gratias: nam
is est qui non solum mentes hominum, sed
etiam angelorum illustrat: illuminauitque
te hodie meo ministerio: ideoque ei etiam
ego non exigua debedo laudes, magnamq;
ob hoc mihi spero propositā gratiam. At

quo

que quoniam diffusius adhuc in hac re illustrari desideras, audi nunc attentius. Videmus R. 5.14 quod eadem mente res dissimillimas comprehendimus, ut colorem, saporem, calorem, odorem, sonum. Que nunquam quinq; nuntijs animus cognosceret, nisi ad eum omnia differentur, & is omnium iudex solus esset: atq; ea profecto tuum multo puriora & dilucidiora cernentur, cum animus se ab his vinculis, quibus nunc compeditur, se expediuerit. Nam iam quidem, ~~anima~~ foramina illa quæ patet ad animum à corpore, admirabili artificio natura fabricata est, tamen terrenis, concretisq; corporibus sunt intercepta quodammodo. Quum autem nil erit præter animum, nulla res obiecta impediet, quominus percipiet quale quidq; sit. Quare animam per se subsistere, corpori superviuere, & melius se habere, æternamq; esse non est dubium. Et si clariusissimum huius rei vis testimonium, ad te ipsum couertere, & ex te ipso sume immortalitatis tuæ argumentum. Diuersam a brutis formam accepisti, formam plane quam decebat, & que immortali rationali anime ministraret. Cur enim Deus brutis omni-

bus dedit oculos humum spectantēs, tibi
 autem in arce capitis imposuit, nisi ut intel-
 ligeres: nil illis cum cōmune, tibi ve-
 ro à Deo, & à natura ab initio datā legem,
 qua superna potissimum contemplareris,
 ad quæ te natum cognosceres. Cur iten
 corpus tibi rectum fecit, illis vero demis-
 sum, deorsumq; vergens? An non eadem
 causa est? ut scires nil tibi cum terra cōmu-
 ne, neq; te presentibus addictum esse de-
 hinc cui animam ad imaginem, similitudi-
 nemq; Dei sempiternam sortitum cogno-
 sceres? Præterea dic, obsecro, quare nobis
 iudicem in animo sic perperuo vigilātem,
 & attentum Deus constituit: conscientiam
 loquor? Nec enim est ullus inter homines
 adeo vigilans, ut est nostra conscientia. Nā
 externi iudices, & pecunijs corrumputur,
 & assentationibus deliniuntur, & metu si-
 mulant. Deniq; multa sunt alia, quæ rectū
 illorum iudicium depravant. At conscienc-
 tiæ tribunal nulli hominum nouit cedere:
 sed quāuis dederis pecunias: quanuis mine-
 ris: quāuis aliud quidlibet feceris, iustum fe-
 ret sententiam aduersus peccatorum cogi-
 tationes: adeo ut ipse quoq; qui peccatum

bi admittit seipsum condemnnet, etiam si alias
el nullus accuset: neque id semel atq; iterum,
e sed saepius, imo per omnem vitam hoc fa-
n cere non definit. Et licet ingens temporis
h intervalum intercesserit, nunquam tamen
obliuiscetur eorum, quæ facta sunt: quin &
cum perpetratur peccatum, & priusquam
perpetratur, & postquam est perpetratum:
acerbus nobis imminet accusator: maxi-
me vero postquam perpetratum fuerit.
Nam in perpetrando iceleste quoniam vo-
luptate sumus ebrji, non perinde lentimus,
ceterum simul atq; commissum est, cœpe-
ritq; finem, tum demum extinctavolupta-
te, amarus pœnitentiæ stimulus succedit.
Quid quælo, sibi vult stimulus iste? quidue
illa perpetua à summo Deo omnium natu-
ræ insita cura? Illud caueas tanquam mor-
tiferum: hoc amplectare quasi vitale: illud
bonum: hoc malū: illud Deo gratum, hoc
odiosum. Nonne quasi perpetuo tibi vide-
tur occinere aliam esse vitam post hanc, in
qua iusta præmia pro bonis operibus, sup-
plicia autem nunquam finienda pro malis
donantur? Et hoc misericordissime à cœ-
lesti patre nostro prouisum, ne vñquam ali-
cui

DE IMMORTALITATE

cui subrepat animā simul interire cōcor-
pore, vniuersac; mortaliū, cū morte cōclu-
di. Sa. Hæc omnia mihi supra modū satifa-
ciūt. Sed adhuc plura obsecro. Nunq̄ enim
satior, & quāto magis de his differis, tanto
amplius audire desidero. Ch. Auscultā nūc
attētius, & certissimū immortalitatis ani-
marū testimoniū intuebere. Deū iniustum
quis vnq̄ dixerit? Sad. Nemo sane, nisi ipse
sit iniustissimus, Chr. Tamen homines im-
probos. facinorolos, impios, tyrannos, atq;
idololatras plerunq; prosperari contici-
mus, omniaque illis cedere ex sententia: iu-
stos vero, prohos, ac pios vbiq; paupera-
scere, famescere, despici, nullisq; nō oppro-
brijs affici. Si Deus bonorum, malorumq;
est remunerator pro ingenita, ineffabiliq;
sua æquitate, nec hic remunerat iustos, vt
experientia plerumq; videmus, nec malos
punit, ergo necessario alia vita expectatur,
in qua hæc fiat remuneratio, cōquitatemq;
suam exerceat Deus. Non ergo anima mo-
ritur cum corpore, que etiā corpore emor-
tuo virtutum suarum, meritorumq; cer-
tissimum præmium est receptura. Sad. In-
solubile plane argumentum, & quod qui-

Dufuis

bulū, nisi stupidis, aut obstinatis queat sa-
 tisfacere. Chr. At audi aliud fortissimum,
 atq; pulcherrimū. Ex illo quidem naturæ Ratio.¹⁹
 vultu quem dixerat chaos rudem, indige-
 stamq; molem res omnes eo ordine propa-
 garas, eoq; fœdere dispositas, atq; cōnexas
 esse conspicimus, vt ab imis ad superiora
 concendentibus perfectionum incremen-
 ta sensim appareant succrescere, & quæ cō-
 iuncta sunt alterum alteri paululum admo-
 dum præstare. Consurgunt quidem veluti
 depresso quidam gradus, aut numeri reru
 species, & ab his, quæ singulis proximæ
 sunt, nullo distâ interuallo, & idcirco ad-
 eo similes, cognataq; habent habitudines,
 naturas, actiones, atq; figuræ: quæ sibi mu-
 tuo contiguæ sunt, vt non facile plerunq;
 sit illas distinguere. Peragrat autem vni-
 uersis elementorum, platarum, animaliū;
 naturis, ad hominem cum venitur, idē gra-
 uis ascensus quo sensim, pedetentim; pro-
 cedebatur, nequaquam seruatur, sed sursum
 repente natura trahitur, & ad alteram eā-
 q; remotissimam contignationem eleva-
 tur. Maiori namque interuallo homo à su-
 prema animantium specie, quam summum
 animal

DE IMMORTALITATE

animal ab infimo nō modo viuenti^m, sed gna
abiectissimorum quoq; corporum genere au
distat. Ne autem hoc absq; ratione dicere tēc
videamur, citentur nostra alienaq; genera,
conditiones, actionelq;. Genera in primis illi
cætera omnia ex materiæ transmutatione
proficiscuntur, nostra autem mens de foris
venit. Conditiones deinde. Illa enim tenui
supellectile contenta, pauca quibus indi
gent ab ipsa natura simulatq; eduntur in
lucem. accipiunt. Indumentorum vice cor
tices, retas, coria, spinas, villos, setas, pilos,
plumam, pennas, squamas, vellera: pro ar
mis autem cornua, vngues, dentes, rictus,
rostra, aculeos, morsus, calces, venena. Ho
mo autem pro vniuersis his & alijs quā plu
rimis, & varijs, & magnificis, studiosas, fa
cilesq; solas manus accepit. Actiones de
mū, quia singulis speciebus alijs, definitus
est agendi modus: homo autem tot, tamq;
dissimilibus vtitur viis, vt hic solus fit ho
minibus operandi modus sine ullo certo
agere modo. Alia, sola salus iuuat: hominē
vero tam sensu quam ratione apprehensa,
etiam si nil aliud utilitatis accessurum fit,
delectat. Alia de prole, ciboq; solicita pu
gnant;

sed gñam, homo vero famam extendere factis
 erit audius, nomen, & gloriam soboli, saluti, vi-
 tæq; anteponit. Alia postremo à consono
 illis bono raro deficiunt: homo vero suum
 vere bonum sæpiissime amittit. Vnde igi-
 tur tanta distantia inter hominem, cæte-
 rasq; naturas? Vnde solitæ pedetentim scā-
 dere tantus repente naturæ saltus? Vnde
 quæ cōsueuerat per similiora in simillima
 duci, in tam disparia statim eleuata conspi-
 citur? Nullam profecto causam aliam red-
 idisse sat erit, nisi animū è summo reruni
 fastigio vēnitse dixerimus, qui in alterum
 rerum ordinem naturam transfert, supre-
 mis infima iūgit, caduca immortalibus; in-
 ferit: æternitatem tépori annexit: sic nem
 pe omnis admiratio disparitatis cedit, si ex
 duabus naturis, spiritu, & corpore, intel-
 lectu, & sensu, immortali, & corruptibili
 hominem constare non dubitamus. Atqui Ratio. i.e.
 animam citra ullam controuersiā immor-
 talem esse, vel ex hoc haud dubie constare
 potest, q; disciplinarum est capax. Omne
 enim quod scientiarum, veritatumq; par-
 ticeps est, æternum esse necesse est. Sadu.
Hoc ipsum velim diffusius declares: non
 enim

DE IMMORTALITATE

enim satis intelligo quod dicitur. Cet. Libens tibi & in hoc ubi cundabo. Scieuam alicubi esse, hoc facile concedis. Sad. Concedo tamen. Chr. Non in corpore. Sad. Minime. Chr. Ergo in anima. Sa. In anima certe. Chr. At, quod semper alicubi est, id in quo est semper esse est nec esset nisi: sed scientia semper est, & in aliquo est, neque in anima, ergo anima semper esse proflus dicendum relinquitur. Sad. Scieuam semper esse, hoc est, quod non aliequor. Chr. Exemplo tuoi illud facio manifestum. Omne totum maius est sua parte, hoc est totum, ergo hoc maius est sua parte. Hæc non est scientia? Sad. Haud dubie scientia. Christ. Potest ne hæc veritas aliquando corrumpi? Sa. Nequaquam. Chr. Ergo perpetua est veritas. Sad. Profecto perpetua. Chr. Igitur & perpetuus animus in quo indissolubiliter habet. Sad. Sine dubio perpetuus.

DIALOGVS SEPTIMVS.

SADUCEVS

CHRISTIANVS.

SAd. Egregium tu haec tenus, ac præclarum philosophum egisti, sed qualem vel Py-

thagras, vel Socrates, aut Plato. Age, nūc
 Christianum te ostende, & ex Sacrorum
 codicū penu iam etiam deprime, vnde
 animarum probes immortalitatem. Chri.
 Et in hoc tibi libentissime obtemperabo, si
 spondes attentionem. Primū, inquit Deus Ratiōes ex
 (vt à Moyle accepimus) faciamus hominē sacra scri-
 ad imaginem, & similitudinem nostram. Ratiō. 1.
 Et iterum. Ad imaginem suam fecit illos Gene. 1.
 masculum, & fœminam. Nunc autem si ad
 imaginem Dei factus, ac similitudinem,
 Deus vero immortalis, ergo anima
 milis necessario immortalis. Deinde si ar- Ratiō. 2.
 bor illa quæ dicebatur vitæ (teste eodem Gene
 Moyle) immortalitatem donabat: quæ figu
 rata tantum erat, & umbra veræ arboris vitæ:
 cur non arbor nostra, quæ in medio eccl-
 siæ sita est dominus Iesus maiorem habe-
 bit vim, maioremq; virtutē donabit? Tum Ratiō. 3.
 autem (vt idem propheta narrat) sanguis Geuc. 4.
 Abel etiam post mortem clamat in cœlum
 de terra pro vindicta, ergo & Abel mor-
 tuus adhuc viuebat: nam quomodo clama-
 ret omnino extinctus. Immortalis ergo a-
 nima, quæ corpore extincto adhuc super-
 uiuebat. Præterea progrediente tempore,

DE IMMORTALITATE

- Gene.6. & cum multiplicarentur homines, omnesque generi viuorum sese traderent sine fræno, iratus dominus diluuij fluctibus vniuersos inuoluit. Noe tamen, filiosque eius seruauit immunes: multaque cum eis colloquia cōmisicuit. Quorsum? Vt post paululum etiam velut bruta extinguerentur? Non est verisimile. Scriptum est enim: iusti autem in perpetuum viuent, & apud dominum est merces eorum. Ad hæc nonne lumina illa arcæ maiestas, in qua saluatus est ab eo vir iustus cum filijs, ecclesiam quem nunc est adumbrabat, extra quam nemo saluabitur? Hæc vero ecclesia nonne formam obtinet, figuramque cœlestis, quæ futura est, atque æterna? Vnde & per illam, & per hanc animarum immortalitatē nobis à summo omnium autore Deo significari manifestū est. Sad. Placet quod dicis, sed perge. Chr. Dictum est Abraham à Deo, egredere de terra tua, & de cognatiōe tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauerō tibi, faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus: benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus.

tibus tibi, & in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Credibile ne est tam grandes Dei promissiones, tam multipli-
ces benedictiones caducum aliquid proie-
dere, aut temporale quippiam respicere?
Quinimo Abraham sapienter dicta Dei
interpretatæ propriam egressus regionem
desertum peragrans in casulis, ac rugurijs
habitabat, sciens Deum non terrenarum
opum, possessionumq; ei promissæ here-
ditatem, sed cœlestiū. Vnde & parvus
diebus factus est: ^{ad} eum sermo domini di-
cens: Abraham noli timere, ego protector
tuus sum, & merces tua magna nimis. Si o- ^{natio.7.}
pes terrenas hæ respiciebat promissiones,
sane non merces eius magna nimis. Nam
ditiiores, nobiliores, ac potentiores fuerūt
multi tyranni perditissimi, ac nefandissimi
homines. Quare haud dubie ad bona ani-
mæ, eiusq; beatam perpetuitatem, grādem
illam respicere mercedem omnino faten-
dum est: concedendumq; etiam post mor-
tem, vitam esse meliorem, eternamq;. Sad.
Nullus mihi restat scrupulus. Verū si quid
amplius habes de hac re, noli obsecro ce-
lare. Ch. Eduxit dominus Abraham foras, ^{Genes.11.}

DE IMMORTALITATE

Ratio.8

& ait illi: suspice in cœlum, & numerā stellas si potes, & dixit: Sic erit semen tuum. O misterium stupēdum? Quid credis per hoc Deum prodidisse? Nonne innumerabilium animarum / aluandarum multitudo nem, incredibilemque earum claritatem? Haud dubie in semine, filios Abrahæ, & in infinita stellarum multitudine eorum & numerum, & claritatem æternam significabat. Sed pergamus ad Patriarcham Ia-

Gene.23.

...ane is videt in somnis / calam stan- tem super terram, & carmen illius tangēs cœlum: angelos quoq; Dei ascendentēs, & descendētes per eam: & dominum inni- xum scalæ dicētem sibi: ego sum dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iaac? Primum vt audis, videt angelos descendē- tes, & ascendētes: In quo, illi Deus illorum ministerium circa mortalium negotia o- stendit. Vedit quoq; Deum scalæ innixum. Nonne vt ad cœlestia eum subleuaret, Ipi- ritumq; eius non mortalem, sed æternum, cœlestem, angelīq; ostenderet æqualem? Proprærea addidit. Ego sum dñs Deus A- braham patris tui, qui certe mortuus fue- marat: nec ie Deum eius appellasset, nisi ani-

¶ io.9.

ma superuixisset. Nam Deus non mortuorum est, sed viuorum. Sadu. Vera loqueris: nec dubium animas immortales, quando Deus ipse huius rei præbuit testimonium.

DIALOGVS OCTAVVS.

CHRISTIANVS. SADUCEVS.

CHr. Audi nunc aliud. Iacob à Melope^a Gene.^{xxii}
Ctania rediēs in patriam cum uxoribus,
& filijs, ac familia, traductis omnibus
ad se pertinebant, mansit solus: & ecce vir
luctabatur cum eo usq; mane. Qui cum vi
deret quod eum superare non posset, teti
git neruum fœmoris eius, & statim emar
cuit, dixitq; ad eum, dimitt me, iam enim
ascendit aurora: respondit: non dimittam
te nisi benedixeris mihi. Ait ergo, quod no
men est tibi? Respondit, Iacob. At ille, ne
quaquam inquit Iacob appellabitur no
men tuum, sed Israël, quoniam si contra
Deum fortis fuisti, quanto magis cōtra ho
mines præualebis? Primum quærendum Ratio
est quis iste homo sit, qui cum Iacob lucta
batur? & non dubium quin fuerit angelus.
Porro luctatio hæc quid portendebat? cer

DE IMMORTALITATE

te certamen iustorum cum diabolo, carne,
ac mundo. At ubi bellū, ibi sane prēmium
speratur, atq; victoria. Prēmium tempora-
le, in prælio temporali: in spirituali autem,
æternum. Secūdum illud secundē Pauli ad
Ad Cor. Corinthios. 4. Idem enim quod in præsen-
ti est momentaneum, & leue tribulationis
nostræ supra modū in sublimitate æternū
giorię pōdus opatur in nobis, nō contéplā-
tibus nobis quæ vidētur, sed quæ nō vidē-
tur. Quæ enim vidētur temporalia sunt: quæ
aut̄ nō videntur æterna. Et illud: Apoc. 2.
Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod
est in paradiſo Dei mei. Ergo post hanc vi-
tam alia expectatur. Non igitur cum cor-
pore moritur anima. Vnde post certamen
aliud nomen Iacob adeptus est. Nam ante
vocabatur Iacob, nunc autem Israël idest
videns Deum. Non autem in hoc seculo:
quoniam ait Deus: Nemo me videbit, &
viuet: ergo post hoc seculū illud expectari
debet: quare nō dubium quin immortalis
sit anima. Præterea nonne ille ipse Patriar-
cha Iacob moriens dicebat: expectabo salu-
tare tuum domine? Non in hac vita, quia
moriebatur: ergo post hāc aliam expecta-
bat.

bat. Ideoq; scriptū est: collegit pedes suos Gen. 49.
 super lectum, & obijt, oppositūque est ad
 populum suum. Vides ne ergo clare etiam Ratio. 11.
 post mortem supereſſe populum, ad quem
 migrabat Iacob: & per consequens animas
 esse immortales? Deinde nonne Deus sæ- Ratio. 13.
 pe locutus est Abrahe, Iaac, & Iacob? Nō- Gene. 12.
 ne cum Moysē tanquam amicus cum ami- Exod. 3.
 co confabulabatur? Nam viſus est illi in ru-
 bo: propter eum, filiosq; Israēl infinitis pla Exo. 7.8.9.
 gis, atque verberibus Pharaonem, popu-
 lumq; suum affecit: aperuit ante eum ma-
 ter rubrum. Aegyptios autem fluctibus in- Exod. 14.
 uoluit: pluit illi, filijq; Israēl manna: dedit Exo. 16.
 illi duas tabulas, eiq; volūtatem suam ostē- Exod. 4.
 dit legibus, præceptis, atq; iudicijs: per eum
 varios Reges, ac populos flagellauit: pro- Num. 33.
 pter eum innumerabilia alia portēta osten-
 dit. Quorsum tanta amicitia? Ad quid tot
 familiaritates? Ut deinceps mortuo eo, nul-
 la eius amplius sit memoria? Absit. Sed hęc
 omnia, ut tanta Dei beneuolentia, benefi-
 cijsq; prouocatus, æternam eius, summāq;
 familiaritatem desideraret, & desiderādo
 adipisceretur, animamq; æternam, atque
 incorruptibilem, Deiq; similem intellige-

E iiiij ret,

DE IMMORTALITATE

Prouerb.8. ret, quando cum ea sic se oblectari ostendet.
ret. Dixit enim per sapientem: Delicias meas
dixi, cum filiis hominum. Sad. Bone Deus
quantum haec placent? Nunquam mihi hu-
iutmodi adducere possent fastidium. Que-
so te, adhuc paulum de his ratiocinare: pro-
phetasq; mihi aliquos adducito, qui de ani-
mæ immortalitate spiritu afflati diuino lo-
qui sunt. Ch. Libenter tibi obtemperabo:
Nam & ego de hacre plurimum habere ser-
monem mirifice gaudeo.

DIALOGVS NOVVS.

CHRISTIANVS. SADUCEVS.

Psal.5:

Chr. Audi David prophetam illum, re-
gémque admirabilem. Inebriabuntur
inquit (loquens cum Deo) ab ubertate do-
mus tuæ, & torrente voluptatis tuæ pota-
bis eos, quoniam apud te est fons viæ, &
R. tio.4. in lumine tuo videbimus lumen. Si animæ
ab ubertate domus Dei inebriabuntur, nō
ne ridiculum est credere eas, simul cū cor-
pore interire? Nam de earum immortalita-
te haud dubie nobis reuelabat: quoniam
hic ubi omnia malis sunt plena, fluxa, atq;
fragi-

fragaria, nemo inebriator ab ubertate domus Dei: post hanc vitam ergo inebratio illa relinquitur. Vnde & alibi idem propheta de animae suae immortalitate cogitans clamat: Quemadmodum desiderat ceruus Psal. 42.
 ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sicut uita anima mea ad Deum fontem uiuam, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus. Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vix; ad domum Dei, in voce exultationis, & confessionis sonus epulantis. Ratio. 45.
Esa. 58.
 Iosias vero inquit, Frange esurienti panem tuum: & egenos, vagos; induc in domum tuam: cum videris nudum operium, & carnem tuam ne despixeris: tunc erumpet quasi manelumen tuum, & sanitas tua cito orietur: & anteibit faciem tuam iustitiam tua, & gloria domini colliget te. Quid est gloria domini colliget te? Hoc scilicet ipse dominus te educet de corporis custodia, transferetque in requiem suam, ubi beatam immortalitate donaberis, atque gaudio

E IIII per

DE IMMORTALITATE

perfueris æterno. Quis ergo his audies de animarum immortalitate aliquando dubi-

Ratio. 16. tare poterit? Nonne inquit Dauid: *Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius?* Innocens manibus, & mundo corde. Ascensus hic post mortem est, quia in vita hac mortali nemo illuc vñquam quiuit ascendere. *Quod clare idem*

I al. 145. propheta alibi testatur dicens: *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam.* Si exibit post mortem, ergo à morte teneri

Psal. III. *ao* potuit. Sempiternus ergo omnino, atq; immortalis. Annon alibi ait: *Dispersit, de-*

Ra. o. 17. *dit pauperibus, iustitia eius manet in secu-*
lum seculi? Si virtutes perpetue perhiben-
tur à propheta, quomodo non animæ erūt
perpetuae, quæ eas operantur? De loco ve-
ro animarum, ipsiſq; animabus post mor-
tem nonne pulchre prophetauit sanctus

Tobiæ. 13. Thobias dicens, *Beatus ero si fuerint reli-*
quie ſeminis mei ad videndum claritatem
Hierufalem. Porte eius ex ſapphiro, & ſma-
ragdo ædificabuntur, & ex lapide præcio-
ſo omnis circuitus murorum eius: ex lapi-
de candido, & mundo plateę eius ſternen-
tur, & per vios eius alleluja cantabitur.

Baruch

Barach vero propheta loci eius amplitudinem contemplans sic exclamat dicens: O Israël, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius: magnus est, & non habet finem, excelius, & immensus. Propterea dicebat dominus Iesus Dei filius: in domo patris mei mansiones multæ sunt: si quominus dixisset vobis: quoniam vado parare vobis locum. Et Paulus harum desiderio exestuans clamabat: cupio disfili, & esse cum Christo. Si locus deputatus est animabus post mortem, quomodo animæ non immortales?

DIALOGVS DECIMVS.

SADUCEVS.

CHRISTIANVS.

SAd. Non me capio pregaudio. Quis his auditis locum quærat in terris, & fragilibus, caducisque domibus habitare delebetur. Ad illa potius loca, domosque illas æternas, nunquaque perituras festinandum céso. At perge obsecro de animarum immortalitate. Chr. Ausculta nunc attentissime. Si anima simul cum corpore moritur,

Ratio
cur

DE IMMORTALITATE

Ioan.1.
Luc.1.

Luc.2.

M. th.2.

Luc.1.

Luc.3.

Luc.4.

M. th.5.

Cur Deus factus est homo? Quare angelici canunt gloria in altissimis Deo, & in terris pax hominibus bonae voluntatis? Cur pastores admoniti a cœlestibus spiritibus accurrunt ad videndum filium Dei? Quare properant reges illi magi stellam sequentes ducem? Quid Simeon ille, in quo spiritus sanctus habitabat, Christum agnoscens iubilans dicebat: Nunc dimittis seruum tuum, domine, secundum verbum tuum in pace? Cur baptizatur Christus in Iordan: spiritus sanctus in figura colun: be manifestatur: Vox quoque patris audita est, Hic est filius meus dilectissimus, in quo mihi bene placuit, ipsum audite? Quare obsecro, ieunauit Christus quadraginta diebus, & quadraginta noctibus? Quorū Dei filius peragrat prouincias, & regna, circuit ciuitates, perambulat vicos, ingreditur castella, visitat domus singulas: Vbique vociferatur, agite pœnitentiā: appropinquavit enim regnum cœlorum? Cur obsecro famescit, sudat, laßtatur, tentatur, contradicitur, mille obruitur opprobrijs, contumelijs, atque iniurijs? Cur denique moritur in cruce? Nonne ipse est, qui dicit, Beati pauperes in regno cœli?

pau

pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum? Et iterum: Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt? An non ipse est qui orans patrem dixit: Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro illis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut videant claritatem meam quam uedisti mihi, quia dilexi-
stī me ante mundi constitutionem. Certe hæc omnia immortalitatem sapiunt anima-
rum, & ad vitam illam beatam transmit-
tunt. Sad. Verissima sunt, quæ narras, ple-
naque gaudiorum. Chr. Petrus apostolo-
rum princeps laudans Deum inquit: Bene-
dictus Deus & pater domini nostri Iesu
Christi qui secundum misericordiam suam
magnum regenerauit nos in spem vitæ per
resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in
hæreditatem incorruptam, & incontami-
natam, immarcessibilem, conseruatam in
cœlis in vobis, qui in virtute Dei custodi-

Ioan. 10.

mini

DE IMMORTALITATE

mini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabis. Nonne hec omnia immortalitatem animarum clariſimè nobis ostendunt? Vnde & de ſe teſtatur dicens: Iustum autem arbitror quandiu ſum in hoc tabernaculo ſuscitare vos, & cōmonere, certus quod velox ſit depositio tabernaculi mei, ſecūdum quod dominus noster Iesu Christus ſignificauit mihi. Dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum in memoria. Et Paulus iam morti proximus dicebat: Ego vero iam delibor, & tempus mee resolutionis inſtat. Bonum certamen certauī: curſum conſummaui: fidē ſeruauī: ſude reliquo reponita eſt mihi corona iustitiae, quam reddet mihi in illa die iustus iudex, non ſolum autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius. Dicemus ergo animas cum corpore interire? Si Petrus post mortem hereditatē expectat incorruptam in cœlis: Paulus autem coronā immarcessibilem, immortales eorum animas fateri neceſſariū eſt, & nullo modo corruptibiles, quando etiam corrupto corpore tam grandia pro virtutibus premia expectabant.

DIA

DIALOGVS VNDECIMVS.

SADUCEVS

CHRISTIANVS.

SAd. Quanquam de animarum immor-
talitate iam nullū mihi restet dubium,
tamen pro animi mei solatio, atq; confir-
matione, multorumq; vtilitate, narra, ob-
secro, si quę circa animas iam corpore fo-
lutas audisti mysteria. Chr. Gaudens tibi

obtemperabo. Exempla enim si vera sunt,
& rem mirifice probant, & admirabiles a-
culeos in animis relinquunt. Ausculta nunc
factum prorsus stupēdum, & omnibus se-
culis memorabile. Gregorius ille pontifex

Exempla.

4. Dial. 20
rum. li.

summus & totius Christianę ecclesię exé-
plar preclarissimum refert multos, qui ma-
iori fide, ac præcipua quadam deuotione
mentis oculum mundare studuerunt, egre-
dientes ē carne animas frequenter vidisse.

Vnde & de egressu Spei abbatis (hæc ipsa
eius sunt verba.) Dū adhuc, inquit, in mo-
nasterio meo habitarem, vir quidam omni
veneratione, ac fide dignus ad me detulit,
quendam mira sanctitate patrem, cui Spes
erat nomen monasterium struxisse in loco
nomine Cample, qui sexto à vetusta Nur-

Exempla.

fiae

ad
hal
me
fra
vi
mo
Q
su
ib
di
fa
ce
li
re
ce
q
b
m
n
r
&
t
c
2
g

in urbe distat miliario, quem fons ille omnis pietatis, Deus opimus, maximus, ne eterno traderet supplicio, ad tempus quodam exercuit flagello: quantumque eum flagellando diligenter, deum perfecte tanando monstrauit. Percutisit enim eum oculorum cecitate totos quadraginta annos. At quoniam facile verberari ad impatiētiam dilabimur, nisi idem qui verberat, per gratiam sustēt: fitque modo miserabiliter, ut culpa nostra unde sperare debebat terminū, inde sumat augmentum, idcirco infirmitatem nostrā respiciens Deus flagellis misceret pietatem, atque in percusione electis filijs nunc misericorditer iustus est, ut sint quibus postea iuste misereri. Quare venerabilem senem dum exterioribus tenebris præmereret, interna nunquam luce destituit. Qui cum flagello fatigaretur corporis, habebat per Spiritus sancti gratiam consolationem cordis. Cum vero iam anni quadagesimi fuisset in cæcitate tempus exactum, ei dominus lumen reddidit, quodque ex hac vita proxime dilcessurus esset indicauit, atque ut monasterijs circumquaque constructis verbum vię predicaret,

ad

admonuit: oculorumque recepto lumine
habitantibus in circuitu fratribus cordis lu-
men aperiret. Qui mox iussis obtemperas-
fratrum Cœnobia visitauit: mandataque
vitæ quæ operibus imbiberat, constanti-
mè, magnaq; cum fiducia illis prædicauit.
Quinto decimo vero die ad monasterium
suum peracta prædicatione reuerlus est:
ibiq; fratribus conuocatis, adstantis in me-
dio, Sacramentum dominici corporis, &
sanguinis sumptu: exorsusque est cum eis
continuo mysticos psalmorum cantus: il-
litq; psallentibus orationi intérus animam
reddidit. Omnes vero fratres qui aderant,
columbam ex ore eius egressam viderunt:
quæ mox aperto oratorijs teſto aspicienti-
bus fratribus penetrauit cœlos: cuius ani-
ma sub columbae figura apparuit, vt sum-
mus Deus ex hoc quâtæ simplicitatis fue-
rit, ostenderet. Veniant ergo nūc Saducei,
& dicant animas simul perire cum corpo-
re. Profecto exemplum hoc citra aliam ra-
tionem potens est illos ita prorsus conuin-
cere, vt ne nullum quidem verbum dehinc
audiant proloqui. Sad. Placet sane exem-
plum, & autor non parum autoritatis ad-
iecit.

DE IMMORTALITATE

iecit. Cęci plane sunt saducei: neque quicquām cum illis mihi amplius negotij. At perge obsecro. Chr. Refert idem pontifex.

* Dialorū * Exéplū. Gregorius, nec punc̄tum ab eius discedam sermonibus, quōd sacerdos quidam ecclesiæ cuidam præfектus religiosissime eam, atque diligentissimeregebat: qui cum ancillam quandam obsequij gratia haberet, eam quidem vt propinquam diligebat, at tamen vt hostem cauens ad se proprius accedere nunquām sinebat, familiaritatisque officia sibi prorsus ab ea abscederat. Habant enim sancti hoc proprium. Nam vt semper ab illicitis vacent, à se plerūmque etiam licita abscindunt. Quare vir ille sapientissimus, ne aliquādo illa sibi fieret occasio peccandi, etiam necessaria obsequia abnuebat. Hic ergo verus sanctus; sacerdos cum multos annos in hoc mifero, calamitosoq; exilio trāsegisset, quadragesimo ordinationis suæ anno ad ultimum deduc̄tus est. At cum eum sanctimonialis illa ancilla solutis iam mēbris conspiceret, si quis ei adhuchalitus superesset, naribus eius apposita aure studuit dignoscere. Quod ille sentiens, tenuissimum adhuc hauriens spīritum

ritura, pro viribus emisit vocem: dixitque,
 Recede à me mulier: adhuc igniculus vi-
 uit, paleam tolle. Recessit illa, creuitq; ali-
 quantulum virtus corporis: & ecce (admi-
 rabile dictu) ingenti cum letitia cœpit cla-
 mare dicens. Fœlix sit aduentus domino-
 rum meorum. Fœlix sit aduētus. Quis ego
 ut tanti viri ad me intrare dignati sis? Ve-
 nio, venio. Gratias ago, gratias ago. Cūque
 hoc semel atq; iterum, multotiesq; repe-
 teret: interrogarentque, qui aderāt, quibus
 hoc diceret: ille admirans respondit, Nun-
 quid non conueni? Tē sanctos Apostolos vi-
 detis? Beatum Petrum & Paulum primos
 apostolorum nō aspiciatis? Ad quos iterum
 cōuersus dicebat, Ecce venio: Ecce venio.
 Interq; hęc verba anima reddidit. Quodq;
 vere sanctos apostolos viderit, eos etiam
 sequendo testatus est. Quid ad hęc, qui mo-
 re brutorum animas dicunt perire cum cor-
 pore? Sad. Stulti plane sunt: & digni pror-
 sus, quorum animæ perpetuo pereant. Sed
 obsecro, quare morituris huiusmodi often-
 dūtur visiones? Chr. Ideo (Gregorio teste)
 iusti plerūq; in extremo vitæ termino præ-
 dentium sanctorum aspiciunt visiones,

4. Dilig.
rum. li.

F ne

DE IMMORTALITATE

ne gehennalem sententiam pertimeant:
At dum eorum menti internorum ciuium
societas ostēditur, à carnis suæ copula sine
doloris, & formidinis fatigatiōe soluātur.

DIALOGVS DODECIMVS.

SADUCEVS.

CHRISTIANVS.

SAd. Perge queso, si quę plura habes exē-
pla. Hæc enim edificare solent plurimū,
oblectaréque animos. Mihi cerie mirifice
arrident. Chr. Audi nunc exemplum pul-
cherrimum, atq; iucundissimū. Gothorum
temporibus erat quedam puella Romana
nobilissimū nomine Galla Simachi consu-
lis, ac patritij filia, quæ intra adolescentiæ
tempora marito tradita vnius anni spatio
viro orbatur. Quam cum & ætas, & opes
ad iterandum thalamum vocarent, elegit
magis spiritualibus nuptijs copulari Deo,
in quibus à luctu incipitur, sed ad gaudia
æterna peruenitur, quā carnalibus nuptijs
subiici, quæ à lætitia semper incipiunt, & ad
finem cum luctu tendunt. Hęc autem cum
nimio calore laboraret interno, dicerētq;
medici nisi ad amplexus rediret viriles,

Ira

erat naturam barba effet habitura virilem;
 sancta mulier non deformitatē timuit ex-
 teriorem, quæ interioris sponsi speciem a-
 mabat: nec verita est, si hoc in ipia deturpa
 retur, quod à coelesti ipso non amaretur.
 Mox ergo ut eius communx defunctus est,
 abiecto ieculo, ad monasticæ vitæ institu-
 tum animū adiecit, teleq; in monasterium
 conferens, multis annis simplicitati cordis,
 orationiq; dedita, multam quoq; pauperi-
 bus pietatem ostendit. Cumque lumen
 Deus optimis meritis maius præmium cō-
 ferre decreuisset, Cancri ulcere in mamilla
 percussa est. Tempore autem nocturno an-
 te eius lectam duo candelabra lucere con-
 fueuerant: quoniam lucis amica nō solum
 spirituales, sed etiam corporales tenebras
 odio habebat. Quæ dum nocte quadā hac
 ipsa infirmitate iaceret defatigata, ante le-
 ctum inter vtraq; candelabra beatus Petrus
 apostolus ei apparuit: nec perterrita, sed
 ex amore audaciam sumens exultauit: di-
 xitq; ei, Quid est domine mihi? Dimissa sunt
 mihi peccata mea? Cui ille (bemignissimi
 ut est vultus) inclinato capite annuit dicens:
Dimissa, veni. At quia quandam Ianctim

DE IMMORTALITATE

nialem in eodem monasterio præ cæteris
diligebat, illico subiunxit. Rogavit Ior
Benedicta mecum veniat. Cui ille, Non. At
illa talis veniat. Hęc autem, quam petis die
trigesimo te est secutura. His igitur exple-
tis, visio apostoli sublata est. Illa vero proti-
nus vniuersae congregationis natrem ad
se vocauit: eiq; quid viderit, quidq; audie-
rit, indicauit. Tertio autem die cum ea que
signata fuerat forore defuncta est. Illa autē
quam poposcerat, die trigesimo est suble-
cuta. Sed quid dicemus ad hęc, nunquid Sa-
ducei amplius de immortalitate dubitabūt
animarum? An nō si fuerint vel obdurati,
his auditis mollescēt, atq; illuminabūt?
Sad. Illuminabuntur prorsus, nisi omnino
fuerint lapidei.

DIALOGVS. XIII.

SADUCEVS

CHRISTIANVS.

SAd. O Saducei medici pestiferi: magi-
stri erroris nefandissimi. Quā male me
vobis hactenus cōmisi: quām insipienter
credi: quām imprudenter perij. At Deus
Optimus Maximus pro incredibili eiuspi-
tate,

fate, atque ingenita bonitate me ex manibus vestris eripuit: oculos; meos densissimis tenebris oppressos illuminavit. Putabā equidē vestris delatus magisterijs animas simul cum corporibus interire: eāsque in hac parte nil à brutis differre. Verum nunc luce clarius video incorruptibiles esse, perireque non posse: & post hanc vitam cum angelicis spiritibus beata immortalitate do nari. O Christiane, quām gaudeo me tibi obuiasse hodie? Quam alia tua à Saduceorum doctrina: quām sancta: q̄ vera: quām salubris? At perge obsecro, & si quę adhuc de animarum immortalitate dicenda restant, in mediū adducito. Chr. Placet. Auctoritate igitur quanta poteris attentione. Si corpora quæ quotidie redigi videmus in Ratiopuluerem resurrectura sunt suo tempore, & futura incorruptibilia: quomodo ani mę, quæ infinitis partibus corporibus præminent, non erunt incorruptibiles, atque immortales? Sa. Vehemens argumentum, si fundamentum habet veritatem. Nam de animabus facilius est credere: at de corporibus quod sursum resurgent, fientque incorruptibilia impossibile mihi videtur.

F iij Chr.

DE IMMORTALITATE.

Probarat Chr. Nil impossibile apud Deum, cui idem
pura posse resurgere.

Ratio. I.

Ratio. II.

Ambrosius
de resurrec-
tione.

Chr. Nil impossibile apud Deum, cui idem est posse, quod velle. Responde mihi. Nonne dies occumbit, & rursum velut resurgens appareat? Nox interit, & iterum reddit? Item quid tibi de fructibus dicam? Nonne putrefescunt, & iterum reuirescunt? Quod latum est, atque corruptum non relurgit, & in eadem genera, ea deinde species reformati? Granum feritur, granum resurgit. Pomum decidit, pomum relurgit. Sed miraris, inquit Ambrosius, sanctissimus episcopus, quomodo putrefacta solidentur, dispersa coeant, ablumpta reparentur corpora. Nonne etiam serpina vapore, & compressu terre soluta vincescunt? Sic inquires. Quid ergo miraris, si homines quos accepit terra restituat, cum seminum corpora, quae cum in se corruperit, viuiscet, erigat, vestiat, muniat, atque defendat? Nam quid de generibus arborum loquar, quae posito surgunt de semine: fructuque, reoluti reuiuscunt, & formae veteri, atque imagini sue redduntur: multasque etates quedam arborum corpora reparata transmittunt: ut ipsa secula vincere videantur: Putrefacta videmus? cinum, vite resurgere. Surculus inferitur.

arbore

arbor renascitur. An de reparandis arboribus diuina est prouidentia, de hominibus ? Ratio; nulla cura ? Et qui ea quæ ad usus hominū dedit, perire non passus est, hominem peri re patietur, quem ad imaginem sui fecit ? At incredibile tibi videtur, quod mortui reuiuiscunt ? Audi Paulum apostolum, In Corin. 15. si piens tu. Hoc ipsum quod seminas, nōne prius moritur, ut viuificetur ? Sere quemlibet fructum arenem, nonne resuicitatur ? At dices. Habet succum. Et nostrū corpus habet sanguinem suum : habet humorem suum. Hic nostri corporis est succus. Vnde illud explosum est, quod arenem surculū quidam reuiuiscere negant : iaq, ad preiudicium carnis deriuare nituntur. Nō enī caro arida, cum caro omnis ē limo sit : limus in humore : humor in terris . Denique multa ex terra arida, atque arenosa nascuntur. Quoniam ipsa sibi terra ad humorem sufficit. Num igitur in hominibus terra degenerat, quæ omnia regenerare cōsuevit ? Sa. Placet. Verum quomodo possibile est, quos mare absorbut : feræ dilacerauerunt : bestiæ deuorarunt : terra restituat ? Chr. Ergo de fide resurrectiōis tibi iam persua-

DE IMMORTALITATE

si: de parte vero adhuc dubitas. Sadu. Sic se
res habet. Chr. Miror cur vel de his dubi-
tandum putas, quasi non omnia, quae ex ter-
ris sunt, in terram redeant, & in terram re-
soluantur? Mare quoque; ipsum quemque
corpora humana demiserit, vicinis ex-
puit plerumque; littoribus. Tum autem difficili-
le credas Deo dispersa conterere: dissipata
sociare, cui mundus obtemperat: muta ob-
sequuntur elementa: seruit natura: quasi
non maioris miraculi sit, limum animare,
Ab exemplo quam iungere? Auis Arabica nomine Phœ-
Phoenix. ex ipso suo humore etiam post mortem
reuiuiscit. Hec ut fertur quingentos annos
viuit. Et ubi vitę finem cognoscit insta-
re, thecam ex thure, & myrrha, ceterisque
odoribus adornat: completoque opere, ac
tempore, illam ingreditur, ibique moritur:
ex cuius humore oritur vermis, & paula-
tim in auis eiusdem figuram concrescit.
A minori. Ridiculum profecto. Resurgit Phœnix
etiam mortua, & non resurget homo etiam
si occidat? Multis passeribus pluris estis
vos, inquit dominus Iesus. Nonne de ho-
mine David prophetat dicens: Minuisti eum
paulominus ab angelis, gloria, & honore

cord

coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum: omnia ſubiecisti ſub pedibus eius oues, & boues vniuerſas, in ſuper & pecora campi, volucres cœli? At res grandis eſt puluerem rurſum redire in carnem, oſſa, neruos, ac ſanguinem? Cœlum aſpice inquit idé Ambroſius: terram intuere. Vnde ſteſſarum pulchritudo? Vnde ſolis claritas? lunæ decor? montium altitudo? Syluarum deſitas? aëris viuacitas? aquarum multitudo? Sed ſi hæc Deus fecit ex nihilo, cur miremur renaſci poſſe quod fuerit, cum videamus natum eſſe quod nō fuit? Sad. Manibus, ac pedibus in tuam eo ſententiam: nilq; de immortalitate velani marum, aut corporum reſurrectione iam hæſito: Verum ſi quæ habes ex ſacris voluminibus huius rei teſtimonia, libenter ea excipiam.

DIALOGVS. XLI.

CHRISTIANVS. SADUCEVS.

CHr. Teſtimonia de coporum reſurre-
ctione in ſacra ſcriptura non funt pau-
ca. Primum apud Danielem habes. In tem-
pore

Testime-
nia re-
citionis.

Dan. iii.

DE IMMORTALITATE

pore illo saluabitur omnis plebs tua, quæ
cripta est in libro. Et multi dormientium
in terræ fossa vna apertione exurgent. Hi
in vitam æternam, & hi in opprobrium, &
confusione perpetuam. Et intelligentes
fulgebunt ut splendor firmamenti: & ex iu-
Eze. 3.7. stis multi sicut stelle in secula. Item Eze-
chiel propheta spiritu afflatus diuino pro-
phetat dicens, Et facta est super me manus
domini: & eduxit me in spiritu dominus:
& posuit me in medio campo, & hic erat
plenus ossibus humanis: & circudivxit me
per gyrum eorum, & ecce multa valde in
facie campi arida nimis. Et ait ad me, Fili
homini, vivent ossa ista? Et dixi, domine
vulnus. Et ait ad me, Sta, & dices illis. Ossa
arida audite verbum domini. Hæc dicit do-
minus ossibus istis. Ecce ego induco in vos
spiritum vitæ: & dabo in vos neruos: & ad-
ducam super vos viscera: & extendam su-
per vos cutem: & dabo spiritum meum in
vos, & viuetis, & scietis quod ego sum do-
minus. Et propheta ui sicut mandauit mihi:
& factum est cum prophetarem hæc om-
nia, & ecce factus est terremotus magnus.
Et acceperunt ossa ad ossa: & unū quod

in iuncturam suam. Et vidi, & ecce super ea nerui, & carnes alcenderunt, & extenta est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritum. Vaticinare fili hominis: & dices ad spiritum. Hæc dicit dominus. A quatuor ventis veni spiritus, & influssa super interfestos, & reuivit cant. Et propheta iuscum præceperat mihi: & ingressus est in ea spiritus: & reuixerunt: steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Ecce quām clare corporum resurrectionem: animarumq; immortalitatem nobis dominus per prophetam lucam reuelauit. Nec mirū debet videri quod iubente Deo Probat mili. ossa in suam compaginem reformatu. cum utique innumera habeamus exempla, quibus natura rerum cœlestibus est obsecuta preceptis: ut terra iussa est pabulum lignere, & genuit: ad virgē tactum petra vocavit aquam populis sicuti dicitur. Deinde virga in serpentem versa quid aliud indicavit, quām volēte Deo ex insensibilibus sensibilia posse generari? An vero incredibilis putas quod ossa cum iubentur accedunt, quām quod retrosum fluente veruntur

DE IMMORTALITATE

Maria.
Iordanis.

Psal. 113.
L. 1.8.

? a.6.

* 1.27.

Corit.

tuntur, maria fugiunt? Sic enim propheta testatur: Mure vidit & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum. Quid in euangelio, nonne ibi probauit dominus quod verbo vnda miscat: fugentur cœli nubila: cedat ventorum flatus: placidiscit; littoribus mutata Deo famulentur elementa? Sa. Optime. Ad vnguem plane pro negotio quod agitamus, hæc faciūt testimonia. Obsecro: ex novo testamento habes ne quo idem probare queas nobis? Chr. Habeo equidem, & sunt in promptu autoritates nō paucæ. Sa. Adduce eas obsecro in medium. Chr. In primis apud Ior. nem euangelistam inuenies Christum Dei filium dicentem, Hæc est autem voluntas eius, qui misit me, vt omnino quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Nec satiis putauit semel dixisse, sed repetit iterū. Sic enim sequitur, Hæc est voluntas patris mei, qui misit me, vt omnis, qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam eternam, & resuscitabo eum in nouissimo die. Quis hoc dicit? Vtique is, qui mortuus plurima defunctorum corpora suscitauit. Paulus, inquit scribens Corinthijs, Sicut primitiae mortis

mortis in Adam: ita primitiae resurrectionis
in Christo omnes relurgunt. Iterum. In mo-
mento, in ictu oculi, in nouissima tuba &
mortui resurgent incorrupti: & nos immu-
tabimur. Et rursus ad Corinthios. Corpus
seminatur in corruptione, surgit in incor-
ruptionem. Seminatur in ignobilitate, surgit
in gloria. Seminatur in infirmitate, surgit
in virtute. Seminatur corpus animale, sur-
git corpus spirituale. Audis ne quomodo
corpus seminetur? Si ergo seminatur ut ce-
tera, quid mirum si resurgit ut cætera? Le-
gitur virgam Aar. n subito germinasse, frō Virga Aa-
duisse, floruisse, & protulisse nuces. Quid ron mīste
vero ex ijs colligimus? nōne. quod tra- rium. ut
Etamus resurrectionis ex mortuis my. ~ ss. Nur
rium? Virga enim arida germinat, cum cor
pus extinctum cœperit reuiuiscere. Quæ
autē sunt quatuor ista, quæ resurgent corpori præstabuntur? Nimirum quæ iam iam
diximus. Seminatur in corruptione, vt re-
surgat in incorruptionem. Seminatur in in-
firmitate, vt resurgat in virtute. Seminatur
in ignominia, vt resurgat in gloria. Et se-
minatur corpus animale, vt resurgat cor-
pus spirituale. Ista sunt quatuor, quæ virga
aridi



DE IMMORTALITATE

āridi corporis nostri in resurrectiōe gerū^{er} ru-
nabit. Audis preterea in Numerorū libro,
q̄ in protectiōe filiorū Iraēl in terrā pini-
fīos, diuidebātur tribus: distinguebatur fa-
milię ordines statuebātur: castra suis locis
collocabātur? Divisiones hęc, distinctiones,
atq; ordines quid aliud q̄ diuerſos gradus,
ordines, ac in ſiōnes pro vniuersitatisque
meritis in beatissilla patria donandos signi-
ficant? Diuerſitas enim translationis, glo-
riaq; diuerſa ex meritis cuiusque non uni-
formibus sine dubio, & actibus prætabi-
tur: & erit vniuersitatisq; in eo ordine, quem
ſibi gestorum merita contulerint. Sicut
Paulus dicit: Et tatur. Vnuſquisque in ſuo or-
di. c. Hinc ergo accidet, vt in resurrectiōe
vnuſquisc; aut in tribu Ruben (pirituali-
bus indicijs adſcribatur: ob hoc certe quod
aliquid in moribus, actibus, aut vita ipſi
Ruben simile, aut conſanguineum habuit.
Alius autē in tribu Simeon. Alius in tribu
Leui. Alius in tribu Iuda. Erunt ergo hu-
iuſmodi quidam ordines differentes in re-
ſurrectione mortuorum. Sicut ait Apo-
ſtolas, Sicut ſtella à ſtella in clatitate dif-
fert, ſic different inter ſerelurgētes. Quod

rum

rum ordinum typus, & figura in libro numerorum prætermari videtur. Vides ne ergo quomodo Moyses spiritu prophetico animarum immortalitatem, corporū; resurrectionem, earumque habitacula nobis prophetauerit? Apostolus vero Paulus q̄ clare, plenisque buccis proclamauerit? Sa. Pulchre profecto.

DIALOGVS XV.

CHRISTIANVS. SADUCEVS.

Chr. Auscultatunc reliqua. Veneruntur Saducei, ex quorum ordinetu aliquando fuisti ad dominum Iesum. & subdolis quibusdam verbis, & tāquam per suum, quoniam mortuorum resurrectionē non admittebant, interrogauerunt, dicentes: Dic nobis tu qui mortuos resurgere, animaque esse immortales annuntias. Lege cautum est, fratre mortuo, eius proximus ducta eius vxore in coniugem suscitet illi semen. Erant apud nos septem fratres: & primus vxore ducta defunctus est: & non habens semen reliquit vxorem fratri suō fililiter secundus, & tertius, usq; ad septimum

Matth. 22.

uter. 35.

—

DE IMMORTALITATE.

mūm: nouissime autem omniū & mulier
 defuncta est. In resurrectione ergo cuius e-
 rit horum septem vxor? Omnes enim ha-
 buerunt eam. Respōdens autem Iesus, quē
 astutiæ eorum nequaquam latebant, ait il-
 lis: Erratis nescientes scripturas, neq; virtu-
 tem Dei. In resurrectione enim neque nu-
 bent, neq; nubentur: sed sunt sicut angeli
 Dei in cœlo. De resurrectione autem mor-
 tuorum nō legistis, quòd dicitū est à Deo:
 Ego sum Deus Abraam, & Deus Isaac, &
 Deus Iacob? Non est Deus mortuorū, sed
 viuorum. Et audientes turbæ admiraban-
 tur super doctrina eius. Porro quando fi-
 delibus ser. pro vniuerscuiusq; lucri quan-
 tis... uicit: Et tu esto super quinque ciui-
 tates: & tu super decem: nonne post hunc
 vitæ cursum animas viuere: & ciuitates
 quādam, nempe multas cœli mansiones,
 præter principale præmium, pro labore re-
 cipere, illisq; præpositas fore clare aperit?
 Item cum touies de die extremo, vniuersa-
 liq; iudicio prophetat in euāgelijs: dicatq;
 att. 25. tunc filius hominis, Apparebit in nubibus
 cum magna potestate, & maiestate, & col-
 locabit agnos à dextris: hędos autem à si-

Istris: dicet autem hijs, qui bona egerunt, Ve
nite benedicti patris mei, percipite regnum,
quod vobis paratum est à constitutione
mundi: malis autē: Ite maledicti in ignem
æternum, qui paratus est diabolo, & ange-
lis eius, nonne cunctis omnem tollit ambi-
guitatem de resurrectione mortuorum? Si
ergo corpora resurgunt, incorruptibiliaq;
futura sunt, quomodo de animarū immor-
talitate vlo pacto dubitare poterimus?
Nunquid non dicit dominus Iesus Dei filius Ioan. xii.
Iius: Vbi ego sum, illic volo vt sit minister
meus. Et alibi: Vbi fuerit corpus, illuc con- Matth. 24.
gregabuntur & aquilæ. Et agite pœnitentia- Matth. 10.
tiam: appropinquabit vobis reg... cœ-
lorum? Sed si mortui non resurgunt, & an-
ima simul perit cū corpore, ergo, vt inquit
apostolus, gratis Christus mortuus est: er- Cor.
go adhuc in peccatis sumus? Nonne Chri-
stus suscitauit filiam Archysinagogi? Nō Matth. 9.
ne filium vidue? Nonne Lazarum quatri- Luc. 7.
duo fœtentem? An non alias in numeros? Joan. xi.
Quorsum? Nonne vt vniuersali mortuo-
rum resurrectioni præluderet? Scriptum Psal. 64.
est sane: Ascendens in altum captiuam du-
xit captiuitatem? Quæ vero hęc est capti-
uitas?

DE IMMORTALITATE

uitas? Nonne sanctorum paucorum qui multis seculis in inferno tenebantur captiui? Si ergo eos secum duxit in cœlum, quomodo eorum animæ hic simul cum corpore sunt emortue? Audiamus Balaam prophetam, Non erit inquit labor in Iacob, neque videbitur dolor in Iudaï. Quid his verbis prophetauit? Nonne futurę vitę beatitudinem? Quis enim est qui hanc vitam sine labore, & dolore transcurrat? Sed ibi istud complebitur, ubi dictum est, aufugiet dolor, & tristitia, & gemitus. Quod tamen non ad omnes pertinet, sed ad eos tantum, qui Iacob virtutes præclaræque opera fuerint. Quemadmodum pauper ille Lazarus, qui præsentem quidem vitam in labore, & dolore trâsegit, & propterea iuxta testimonium Abraæ fœliciter requiescebat: diues vero auarus in inferno cruciabatur. Vnde certum est animas cum hac vita non perire, quando etiam postea fœliciori statu donantur.

DIALOGVS. XVII.


SADUCEVS

CHRISTIANVS

Sad.

SAd. Ofælicitatem Christianorū, quos
Deus talibus veritatis radijs illustrauit,
Quot populi, atque nationes per tenebra-
ruin dæsiates palpantes tenacissime de-
fendunt, quod ignorant: & dum veritati
affentire contemnunt, iusto Dei iudicio in
tenebras horribiliores detrudūtur. At per-
ge obiecro, Christiane, & dic, si quæ iætitāt
adhuc de immortalitate animarum testi-
monia. Mirifice enim hæc animam meam
delestant, dilatantque. Chr. Placet. Sadu-
cæi dicunt: Animæ simul cum corpore in-
tereunt. Si sic res habent: profecto Petrus
stultissimus fuit, qui tot pro eis sibi cō-
missis laboribus, se frustra consecit: et ac
insipientissimus, qui tot tamque dura ini-
nera pro prædicando euangelio sine vlla
spe fructus peragrauit: cæterique apostoli
profus amētes, qui rādis periculis se vltro,
& sine causa exposuerūt. Nōne Petrus pe-
dibus in altū suspēsis, capite vero deorum
pēdēte, cruci affixus est? Paul⁹ decapitat⁹?
Iacobus minor præcipitat⁹? Ioānes euāgeli-
sta in dolū oleo feruēte plenū missus? Mar-
tvres vero nonne alij lapidibus obruti: alij
agnibus traditi: alij bestijs obiecti: alij alijs,

G ii atq;



DE IMMORTALITATE

atque alijs supplicijs vitam finiere? Quis
 vnquam mentis compos mortem sibi ex-
 optet, nisi paulo post longe fœliciorem vi-
 tam sibi donandam arbitretur? Nōne hoc
 est quod Paulus inquit: sancti ludibria, &
 verbera experti, insuper & vincula, & car-
 ceres: lapidati sunt: secti sunt: in occisione
 gladij mortui sunt: circuierunt in melotis,
 in pellibus caprinis: egentes, angustiati, af-
 flicti, quibus dignus non erat mundus: in
 solitudinibus errantes, in montibus, & in
 cœuernis terræ: alij autem distentii sunt non
 suscipientes redēptionem, vt meliorem
 inuenient ēiūrrectionē? Præterea si ani-
 mæ non sunt immortales, vt quid tot pro-
 phetarum dicta de hac ipsa re testimoniū
 perhibentia? Quo tot apostolorum moni-
 ta? Quare tam multiplicia cæterorum do-
 CTORUM, clarissimorumq; virorum præce-
 pta? Nonne omnes vno consensu terrena
 disfluadent? prouocant ad cœlestia? corpo-
 ra ad tempus requiescere in sepulchris, ani-
 mas vero in cœlum volare attestantur: vel
 æternis tradi supplicijs? An non hoc cla-
 mant prophetæ? Loquuntur apostoli? Dic
 cent doctores sancti? Epicurei vero de gre-
 ge

ge porcorum, & Saducei negant? Nonne potius credam prophetis sanctissimis hominibus, quam epicureis ventri, & palato deditis? Nonne fidem potius adhibebo a apostolis, quam Saduceis? Postremo autem etiam si omnes homines contradicerent, an non potius Christo filio Dei credendum esset? Quid aliud ille predicauit, quam immortales esse animas corporaque futura incorruptibilia: ibique thesaurandum, ubi nec fures effodiunt: nec erugo demoliatur? Agite inquit poenitentiam: appropinquabit enim vobis regnum coelorum. Sad. Fortissima sane sunt haec argume. & quo quis etiam modo fideles facile conuincitur. Chr. At ausculta nunc aliud. Saducei assertu animas non esse immortales. Ridiculum profecto. Nam qui eorum animæ nunc cruciantur in inferno, si non sunt immortales animæ? Scriptum est enim: Mors, & infernus missi sunt in stagnum ignis. Bene illi mortes dicuntur, quando tot millium hominum causa mortis extiterunt æternæ. Bene etiam infernus appellantur, quando tantam hominum innocentium multitudinem ad inferni loca traxere fecerunt. Porro

Gijj autem

DE IMMORTALITATE

Si utem si animæ sunt immortales, quomo-
do inquit propheta: Educ de custodia ani-

Psal. 141. man meam ad confitendum nomini tuo,
me expectant iusti donec retribuas mihi?
Psal. 83. Et alibi. Beati qui habitant in domo tua,
domine, in secula eculorum laudabunt te.

Et melior est dies vna in atrijs tuis super
millia? Item si animæ simuli cum corpori-
bus intereunt, quare Augustinus sanctissi-
mus episcopus sic cum anima sua ratioci-
natur dicens, o anima mea si quotidie nos
oporteret tormenta perferre: si ipiam ge-
hennam longo tempore tolerare, vt Chri-
stum in glor. sua videre possemus, & san-
ctis sociari, nonne dignum esset pati

anne, quod triste est, vt tanti boni, tantæq;
gloriæ participes haberemur? Infidentur
ergo demones: parent tentationes suas: frā-
gant corpus ieunia: premant carnem vesti-
menta alpera: labores grauent: vigiliæ ex-
ficcent: clamet me iste: inquietet me ille,
vel ille: frigus incuruet: conscientia mur-
muret: calor vrat: caput doleat: pectus ar-
deat: infletur stomachus: pallescat vultus:
infirmitotus: deficiat in dolore vita mea
& anni mei in gemibus: ingrediatur pu-

eredo in ossibus meis, & subter me scatear
 ut requiescam in die tribulationis, & a scé-
 dam ad populum accinctum nostrū. Certe
 omnia verba hæc non sunt animæ simul pe-
 rituræ cum corpore, sed in æternum victu-
 ræ cum Christo. Nonne idem Augustinus
 animarum gloriam à corpore migrantium
 in cœlum contemplans, inquit, O fratres,
 quanta erit iustorum gloria? quam grādis
 sanctorum lētitia? cum vniuscuiusq; facies
 fulgebit ut sol: cum ordinibus distinctis po-
 pulum suū dominus Iesus in regno patris
 sui cœperit recensere: & meritis, atq; ope-
 ribus singulorum promissæ p̄milia resti-
 tuet: pro terrenis, cœlestia: p̄ mortali-
 bus sempiterna: pro modicis magna. Re-
 ra cumulus fœlicitatis erit, cum dominu-
 adducet suos sanctos in visionem paternæ
 gloriæ, & faciet in cœlestibus confidere
 ut sit Deus omnia in omnibus. O fœlix iu-
 cunditas: & iucunda fœlicitas sanctos vide-
 re, cum sanctis esse, & esse sanctum: Deum
 videre: & Deum habere in eternum, & ul-
 tra. Si ergo tanta animarum fœlicitas post
 mortem, nonne stultum est, & plenum a-
 mentiæ animas mortales credere, & simul

sum corpore interire? Sadu. Stultum sane. Chr. Dominus Iesus fons sapientiae, qui me tiri non potest, gaudium esse dicebat angelis super uno peccatore penitentiam agente, magis quam super nonaginta iustis, qui non indigent penitentia. Quare autem gaudent super penitentes? nonne quia sperant eos aliquando socios habituros in caelis? Propter hoc hominibus praesunt: super eos vigilant: admonent: increpat: hortantur: corrigunt: excitant: illuminant: inflammat. Ob hoc tam sedulo orationes sibi commissorum: ceteraque bona opera in caelum deferunt: in omnemque specum Dei ostendunt: gratias populant: eamque cum eadem securitate ad suos deferunt. Nonne angeli sum in ineffabili letitia animam Lazari tulerrunt in sinum Abrae? An non de sancta Scholastica legitur, quod angelus animam eius in specie columbae deportauere in caelum: idque vidente sanctissimo Benedicto dialatis. fratre suo? Nunquid non idem Benedictus vidit animam Germani Capuani episcopi aethera petere angelis deducentibus? Quis ergo sancte mentis animas afferet mortales? Sad. Pulcherrima sunt haec, que res, atque verissima. At perge obsecro.

Luc. 15.

Lu. 5.


Gregor. in dial. 15. Gregorius.

DIALOGVS XVII.

CHRISTIANVS. SADUCEVS.


CHr. Nunc audi Machabeorum septem
fratrum, atq; matris eorundem histo-
riam præclarissimam, atq; sanctissimam, &
immortales esse animas neget, qui potest.

Rex Antiochus (vt in secundo Machabeo-
rum libro habetur) septem fratres simul cum
matre iussit apprehendi: compelliq; edere
carnes porcinas contra Dei legem flagris,
& taureis cruciatos. Vnus autem ex illis, qui
erat primus, sic ait: Quid quæris, aut quid
vis discere à nobis? Parati sumus mori, ma-
gis quam legem Dei violare. Iratus igitur
fit Sartagines, & ollas æneas succendi, qui
bus mox succensis, mādauit ei qui primus
fuerat locutus, amputari linguam, & cute
capitis abstracta, summas quoq; manuum,
& pedū ei amputari, cæteris eius fratribus,
ac matre insipientibus. Et cum iam per
omnia inutilis factus esset, præcepit ignem
admoueri, & adhuc spirantem torrei in
Sartagine: in qua cum diu cruciaretur, cæ-
teri simul cum matre inuicem se hortaban-
tur mori fortiter, dicentes: nil est quod ti-
meamus

imeamus: Deus optimus maximus nobis erit in auxilium. Mortuo itaq; primo, sequentem adducunt in medium: & cuncte capitis eius cum capillis abstracta, interrogabant, si māducaret, priuquam toto corpore per membra singula puniretur. At ille imperterritate, ac constantissime respondens ait: Non faciam. Propter quod & iste grauiissime torsus: vltimōq; spiritu sic est locutus: Tu quidem, scelestissime, in præsenti vita nos perdis: sed vniuersorum dominus defunctos pro suis legibus cum incredibili gaudio atq; triumpho statuto die iterum suscitabit.  hunc tertius profertur. Lin
... postulatus, illico protulit: & manus constanter extendit: cumque fiducia ait, E cœlo ista posideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio: quoniam ab ipso me ea recepturum spero: ita vt Rex, & qui cum ipso erant admirarentur adolescentis animum tam fortiter tormenta despicienter. Et hoc ita quoq; defuncto, quartum etiam similibus cruciatibus torquebant. Cumq; iam morti esset proximus, sic ait: Pulchrum est à tyrannis mortem tolerare, & Deo vero iterum reduci in vitā. Tu ver

eterno

æternæ mortis cruciatus portabis. Cumq;
 admouissent quintum, & multis tormentis
 examinarent, respiciens in regem ait, Tu
 quidem pro iure tuo vteris per fas, atq; ne-
 fas. At intellige Deum nos habere prote-
 storem, atq; propitium, quem tu post hac
 acerrimum experieris vindicem. Post huc
 ducebant lexum: usque mori incipiens sic
 ait, Ne erres, lacrilege: propter peccata e-
 nim nostra hæc patimur: verū ne existimes
 tibi impune futurum, quod contra Deum
 pugnare tentaueris. Supradictum autem
 mater mirabilis, & eterna memoria digna,
 quæ pereuntes septem filios vixit die tem-
 pore conspicies, bono animo erat, in quo
 habes fiduciam, singulos fortiter mortem
 ferre hortabatur: repleta sapientia, virilèq;
 animum induens, sic ad eos locuta esse di-
 citur, Quomodo in utero meo apparueri-
 tis nescio equidem. Neq; enim spiritum, &
 animam donavi vobis: nec singulorum mem-
 bra ego compegi. Sed mundi creator qui
 formauit hominem, quiq; omnium inue-
 nit originem, & spiritu vobis iterum cum
 misericordia reddet, & vitam: sicut vos met-
 apsos nunc propter eius leges despiciatis. An-
 tiochus



DE IMMORTALITATE

Diocles autem contemni se arbitratus, simul & exprobatis voce despecta, cum adhuc & adolescentior supereffet, nō solum verbis eum hortabatur. Sed & cum iuramento affirmabat, diuitem eum, beatumq; facturum, ac translatum à patrijs legibus amicum habiturum. Sed ad hęc cum adolescentis nequaquam inclinaretur vocavit rex matré, suadebatq; ei vt adolescentis saluti consuleret. Cum autem multis eam verbis effet hortatus, promisit suasurā se filio suo. Itaq; inclinata ad illum irridens crudelem tyrannum, ait, Fili mi, miserere mei, quæ te in vtero m̄ mensibus portauī, & lac tristitia mouedi, & alui, & in ætatem istam perduxi. Peto nate, vt aspicias ad cœlum, & terram, & ad omnia quæ in eis sunt, & intelligas quia ex nil fecit illa Deus, & fiet, vt nō timeas carnificem istum, sed dignus fratribus tuis effectus, particeps suscipe mortem, vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum hæc illa adhuc diceret, ait adolescentis, Quem sustinetis? Non obedio præcepto Regis, sed præcepto legis', quæ data est nobis per Moysej. Tu vero qui omnis malitiæ autor in Hæbreos

bræos extitisti, Dei manum non effugies.
 Nos enim pro peccatis nostris hæc pati-
 mur. Et si nobis ad temporis punctum pro
 purgatione Deus noster iratus est, iterum
 reconciliabitur seruis suis. Tu autem, o sce-
 leste, omniumq; hominum flagitiosissime
 noli extolli, vaneq; in seruos eius inflama-
 ri, nondum enim omnipotēris Dei, & om-
 nia inspicientis iudiciū effugisti. Nam fra-
 tres mei modico nunc tempore dolore to-
 lerato æternæ vitæ lætitiam cōsecuti sunt:
 tu verò iudicio Dei iustas superbię tuę pœ-
 nas exolues. Ego vero fratrum meorum
 sequens exemplum animal. & corpus trā-
 do pro patrijs legibus inuocans. in ma-
 turius genti nostræ fieri propitiū, teq; ca-
 tormentis, & verberibus confiteri quodā
 ipse sit Deus solus. In me vero, & fratribus
 meis desinet omnipotentis ira, quæ super
 omne genus nostrum iuste exarsit. Tunc
 rex furore correptus in hunc super omnes
 crudelius desequit se derideri indigne ferēs.
 Et hic ergo mundus obiit, per omnia in do-
 mino confidens. Nouissime autem post fi-
 lios & mater consumpta est. Audis ne ho-
 rum omnium constantiam, tolerantiam,

DE IMMORTALITATE

ac fidem? Nonne fatetur omnes se animas habere immortales, ad angelorum societatem creatas, Dei capaces, & perpetuae beatitudinis haeredes, propterea contemnere opes; honores dei: picere: lecios dero-
loquere, mundum conculcare, festinare in cœlum? Quis ergo dicet animas simul cū corpore interire? Sadu. Valeant hi, qui hoc dicunt: cœci sunt, & duces cœcorum.

DIALOGVS. XVIII.

CHRISTIANVS. SADUCEVS.

Basilius in
ictos qua-
drinta
cyres.

Hr. Ausculta nunc aliud exemplum: Vocatis in quæstionē quadraginta viri, ut pœnitentur Christum. Cūque adicētūb grauissimis pœnis, vt ab ea re-
gione decederent, iuberentur, nō solum iussis eius non obtemperarunt, sed & amplius Christi nomen vbiq; promulgabant.
Iudex vero ira accensus iussit nudos trudi in proximum amnem gelu concretum, totamque noctem spirante vehementissimo borea ibi manere, custode ad portam præstolāte, vt si quis facti pœnitentia in aquam calidam leco destinato paratam recipere tur. Cœpit omnes vchemētisimum frigus

con-

as concutere: vetus gelidissimus exanimare.
Tremunt membra: contrahuntur nerui: vi
scera quatiuntur: & inter tot tormenta in-
uicem cohortantur fortiter tolerare, ad
cœlum respicere, æternum expectare præ-
mium, præsencia contemnere, non putan-
dum dolorem, qui tantis brauis compen-
satur. Dumq; his vocibus seiuicem corro-
borarent (lamentabile dictu) vnus tantos
cruciatus ferre non valens, Christum abiu-
rat: in gentilium sacra se conscribit: cæteris
vero factum hoc grauissime ferētibus, atq;
lamentantibus, dum iam animas corpori-
bus fere concretis præ frigore exhalare fe-
stinant, ecce triginta noueni a. à cœlo
descendenties, totidēq; coronas fecum
ferentes eas capitibus eorum imposuerūt.
moxq; omnium spiritus cum ineffabili iu-
bilo in cœlum sustulerunt. Quod cum vi-
deret is, qui destinatus erat ad eorum cu-
stodiā, diuino irradiatus fulgore, proti-
nus se misit in amnem cum cæteris, vocife-
rans se velle Christianum esse: locumque
illius qui defecerat occupans, cū aliorum
incredibili gaudio subuolauit in cœlum.
Summe Deus, quāta sunt mysteria hæc,
quām

DE IMMORTALITATE

quam profunda iudicia? At ubi nunc sunt, qui animas cum corporibus simul interire clamitant, mortuoque corpore nil superesse amplius? Longe aliter sentiebat Niuardus Diui Bernardi frater et si paruulus. Sa.

In vita Ber
nardi.

Obsecro quid ille? Chris. Aiunt Bernardo de domo patris cum fratribus, quos Christo lucifecerat, egrediēte, Guidonem primogenitum, minimū fratrem, ac puerulum Niuardum, cum pueris alijs vidisse in platea, cumque ei diceret, eia frater Niarde, ad te solum respicit omnis terra possessio-
nis nostræ, subito puerum respōdisse: ergo ne vobis cœlum, mihi terra? Non ex æquo diuisi. Acta est. Quo dicto abeūtibus
paulo post fratres fecutus nec à patre, nec à propinquis ullo pacto detineri po-
tuit, quin ad monasterium profectus mo-
naстicam vitam profiteretur. O hominum
cæcitatem? Puer de cœlestibus loquitur, &
adulti iam ac senes se iumentis similes exi-
stiment. Puer de animæ immortalitate phi-
losophatur, & viri animam simul cum cor-
pore interire profitetur. Puer aliam vitam,
post hanc beatiorem proloquitur, & senes
etiam fœlicitatem mortali hac vita con-
cludunt.

cludunt. **Quis non ad hæc obturēt aures?**
Quis Saduceorum sententię deinceps suū addat calculum? Sad. Non ego profecto: nec qui sanum habeat iudicium.

DIALOGVS XIX.

CHRISTIANVS

SADUCEVS.

Chr. Ridiculum profecto. Et quis non rideat? Nā si post hāc vitam animæ nō viuūt, quomodo de reprobis ingt Deus p. 66. Cap. Esaiam prophetā, "ermis eorum non morietur, & ignis eorum nō extinguetur? Et rursus, Quis poterit habitare vobis cū igne deuorante? aut quis habitabit ex. bis cum ardoribus sempiternis? Sad. Ergo ne animæ improborum ex corporibus migrantes alicubi improbitatis luunt pœnas? Christ. Quid ni luāt? Deus enim iustus est, & vnicuiq; iuxta opera sua retribuit. Vnde sic habes per prophetam. Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calcis eorum. Quoniam iustus dominus & iusticias dilexit æquitan vidit vultus eius. Et alibi. Peccator vi-

Esa. 33.

Psal. 10.

Psal. 111.

H debit,

DE IMMORTALITATE

debit, & irascetur, dentibus suis fremet, &
tabescer~~t~~ desiderium peccatorum peribit.

Sad. Quomodo appellatur locus, vbi cruce
ciantur malitie Chr. Infernus, siue gehenna,
veletiam tartarus. De hoc etiam frequens
mentio in euangelijs. Apud Matthæum e-
nim inuenies dicentem dominum Iesum
Dei filium: Multi venient ab oriente, & oc-
idente, qui recubent cum Abraam, Isaac,
& Iacob in regno cœlorum, filij autem re-
gni mittentur in tenebras exteriores, vbi
erit fletus, & stridor dentium. Et alio loco
de extremo loquens iudicio, Tunc inquit
exibunt angelus: & separabunt malos de me-
dio: & mittent eos in caminum

Matth. 13. Matth. 24. Et quod dicturus sit tunc reprobis: Ite
maledicti in ignem æternum, qui paratus
est diabolo & angelis eius. Sad. Plurimum
me exempla ædificare solent: obsecro exé-
plum aliquod, quo probes improborum a-
nimas post hanc vitam cruciari in inferno
in medium proferto. Chr. Faciā, ac lubens.

ii. 4. dialo. Diuus Gregorius pōtifex maximus, vir &
eruditioe & sanctitate insignis narrat ter-
ribile quiddā in Valeria prouincia accidisse.
Nimirum perditum quedam homine

sacra

acro paschali sabbato iuuenculam quan-
 dam baptismate sui cepisse, eaq; parentum
 conseniu domum tulisse tecum, cumque ~~sum que~~
 multo vino inebriatus esset (quod dicere
 nefas est) cōstuprass̄: mane vero perrexis-
 se ad balneū tanq; reatu suū aqua purgatu-
 rū, cūmque de adeunda ecclesiā cogitaret,
 cōepisse tremere, ac trepidare. Si inquit in
 tāto festo nō ec ad ecclesiā, hemines cru-
 besco: si vero iero, Dei horrelco iudiciū.
 Inter hēc tñ vicit humana verecūdia. Per-
 rexit ad ecclesiā, tremebūdus tñ ac pauens
 ibi permāsit, timeret per singula momenta,
 ne sp̄iritui alicui immūdo t̄deretur, co-
 rāq; vniuerso populo vexaretur. vehe-
 menter timeret, nil tamen ei tunc adue-
 accidit: letusque egrediens, altero iam die
 ecclesiam cū securitate intravit. Factumq;
 est, vt per sex dies continuos sine meru idē
 frequentaret, credēs scelus suū dominum
 non vidisse, aut visum, misericorditer dimi-
 sisse. Die vero septimo subita morte defun-
 ctus est, cumq; sepulturæ traditus fuisset,
 non modico tempore cunctis videntibus
 de sepulchro eius flamma exiuit, & tandem
 Ja eius concremauit, quoūsque omnes se-

Hij pul

E. IMMORTALITATE
pulchrum consumeretur, & terra, quæ in
tumulo collecta fuerat defossa videretur.
Quo certe facto, ostendit Deus quid eius
anima in occulto ferebat, cuius etiam cor-
pus ante humanos oculos flamma cōsum-
psit. Sad. O factum horibile, sed utile mor-
talibus? Vnde Deus & iustus ostenditur, &
misericors: Iustus quia puniuit flagitia ho-
minis peruerſiſimi: misericors: quia ipla
pœna cæteros admonet, ne ijdem dediti
flagitijs, idē ferant supplicium. Chr. Si Ipō-
des attentionem aliud tibi proferam æque
horrible, quod idē narrat Gregorius. Mo-
nachus quid in monasterio, cui præerat
Greſ ſed postea pontifex, nomine Iustus
Medicus erat, qui Abbatij suo cōtinuis egris
tudinibus laboranti fedulo obsequi, & in-
ſeruire solebat. Hic igitur lāguore corpo-
ris ſubito occupatus ad extremū deuenit:
cui in obsequiū datus fuerat frater ſuus no-
mine Copiosus: eiq; cum iā mortem ſuam
inſtare cognosceret, tres ſe aureos dixit ha-
bere occulitos: quodq; reliquos fratres non
latuit. Nam dum ſua omnia curiosius ſcu-
tanſur, atq; reuoluūt, eodem aureos inter-
medicamina abſconſos inueniunt. Vbi v-

rores ad Gregorium deuenit, egerrime tu-
lit. Quippe regula inuiolabilis erat, vt fra-
tres ita cōmūnib[us] viterētur, vt singulis nūl
proprij habere liceret. Sollicitus vero quid
vel morienti ad expiationem tanū [sic] celoris
esset facturus: vel quid viuēibus fratribus
in exēplum prouideret, Præciōlo eiutdem
monalterij præposito ad se accito: vade in-
quit, & diligēter obserua, ne quisquām ex
fratribus ad morientem ingrediatur: neue
ei vel verbum vllū consolationis proferat:
sed cum moribūdus fratres desiderauerit,
relopōdeat carnalis frater q[uod] quoniā solidos
occultos habuit, cunctis fra[n]tibus sit factus
odiosus, vt hoc audito, saltem n. vnde
nīteat: mentēq[ue] eius amaritudo trāsuer-
ret: sicq[ue] purgatus Dei misericordia dignus
existat: eo vero mortuo corpus eius cum
fratrū corporibus non sepeliatur, sed ster-
quilinium fodite, & ibi corpus iactate, su-
perq[ue] eum tres aureos quos reliquit, proij-
cite clamantes, pecunia tua tecū sit in per-
ditionem: & tandem eum terra operite. In
quibus duabus rebus & morienti, & viuē-
ribus summopere profuit: vt & illum ama-
tudo mortis à culpa purgaret: & à fratri-


H[oc] iij bus

DE IMMORTALITATE

bus auaritię vitiū procul aufugeret. Quod
& factū est. Nam cū idem frater peruenis-
set ad mortem: seque sī atribus cōmendare
anxius quæreret, nullusq; fratrum ei se ad-
iūgere aut loqui dignaretur, ac suus frater
cur ab omnibus relinquenter indicaret,
mox de peccato suo vehemēter ingemuit,
atque in ipsa tristitia de corpore migravit:
sepultufo; vi supra memoraui. Fratres ve-
ro omnes factotam horribili exterriti, sin-
guli vilia quęq; nulliusq; momenti, & quæ
eis habere iuxta regulā licuerat, in mediū
adferebant: vehementeq; formidabāt, ne
apud se quid' g̃num reprehēsione existe-
ret. Vero post mortem eius triginta
an essent dies euoluti, quædam vehemēs
compas̃io de eodem fraude defuncto Gre-
gorij animū subiit. Cogitabat enim quām
grauiter in purgatorio cruciabatur: quam-
obrem magno studio secū voluebat, quo-
nam modo eum inde liberare: tunc accer-
fīto ad sē eodē Precioso monasterij prepo-
fīto tristis dixit, Dū est, q; frater ille, qui
defunctus est, in igne torquetur, æquū est
ei charitatis aliquid impendi, & quantum
in nobis est de cruciatibus liberare, per-

igitur

igitur, & triginta diebus cōtinuis salutaris hostiæ sacrificiū pro eo offerto: qui statim abscessit, & paruit, illis aut̄ alia curantibus, nec dies euolutos numerātibus, qui defunctus fuerat frater nocte quadam trātri tuo germano Copioſo per vitum apparuit: interrogatus vero quo in statu eſſet, respondebat: hactenus malo quidē ſed iam bene res meę ſe habēt: quoniam hodie cōmunionem recepi. Quod Copiolus ad fratres retulit: qui folicite dies numerātes, illum quo pro eo trigesima oblatio fuerat impleta, eſſe inuenerūt. Cumque & Copiosus nesciret quid pro eo fratres agerēt, fratres ignorabant quid de illo Copiosus cōcordante simul viſione, & ſacrificio, r. perte claruit, quoniam qui defunctus fuerat, per ſalutarem hostiam ſuppliciū euafuit. Vnde & patet quām ſtultum fit de animalium immortalitate dubitare, quādo ror exemplis non ſolum refoluto corpore in cineres eas ſuperuiuere cernimus, ſed & flagitorū poenas exactiſſime toluerere. Sad. Stultum profecto. Evidē non ſolum iam credo animas eſſe immorales, ſed etiā ne incredulitatis meę elapse poenas luam ve-



DE IMMORTALITATE

hementer exhorreo. Chr. Nō est q̄ timeas
Saducee. Nam dominus noster Iesus Chri-
stus pro peccatoribus venit in hunc mun-
dum, & pro peccatoribus mortuus est, mo-
do suorum peccatorū egerint poenitentiā.

Qui enim & ore & opere confessus fuerit
Iesum, & crediderit q̄ pater suscitauit eum
à mortuis, saluus erit.

DIALOGVS XX.

SADUCEVS.

CHRISTIANVS.

SAd. Perge obsecro de immortalitate a-
nimarum " hæc audire maxime gau-
deo " auerte nunc quā attentiōsime.
Paulus doctoṛ gentium, & Christi aposto-
lus scribēs ad Corinthios, ait: Scimus quo-
niā si terrestris domus nostra huius ha-
bitationis dissoluatur, q̄ edificationem ex
Deo habemus domū non manufactā eter-
nā in cœlis. Ecce quid dicat: profitetur
enim se dissoluēdum, redigēdumq; esse in
puluerem, sed protinus addit se habiturū
aliam habitationem, népe cœlestem. At si
anima mortuo corpore, aliud habitaculū
longe preclarius cōsequitur, quomodo si

mul

mulcum corpore extingui credatur? Propterea clamabat idem Paulus: Sic curro, non quasi in incertū neq; quasi aërem, verberans. Tanquā si dicat: Multis laboribus me conficio, nō sicut hi, qui post mortem nil expectant: sed pro paruis magna: pro temporalibus æternis: pro morte momentanea vitam expecto perpetuam. Momētaneum enim & leue tribulatiōis nostræ supra modum in cœlestibus æternū gloriæ pondus operatur in nobis. Vnde & alibi clamat: Hebrei, 13, Non habemus hic permanentē ciuitatem, sed futurā inquirimus. Qui dicit, non habemus hic permanentē ciuit. ad: eternitatem haud dubie properat: animi incorruptibile esse credit. Quod etiam Petrus, apostolorū princeps alijs denuntiat verbis dicens, Fratres adhortamur vos tanq; aduenias, & peregrinos abstinere à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus spiritum. Si ergo peregrini sumus dū in hoc viuimus seculo, & aduenę, certum est aliquem esse locum aliū post hanc vitam, quæ sit patria nostra: & per consequens nō sumul cū cor re interire animas, sed beata immortalitate in cœlo à Deo donari. Vnde & Paulus Colos., voci

DE IMMORTALITATE

Vociferatur: Si cōsurrexistiſ cum Christo,
quę ſurſum ſunt quærite, vbi Christus eſt
in dextera Dei ſedens, quae ſurſum ſunt ſa-
pitię, non quae ſuper terram. Et alibi: Mor-
tui enim eſtiſ, & vita veſtra abſcondita eſt
cum Christo in Deo: cū enim apparuerit
Christus vita veſtra, tunc & vos apparebi-
tiſ cū ipſo in gloria. Quod ſi hi quibus tuc
loquebatur Paulus, & nos quoque omnes
(nā & nobis etiā loquebatur) ſepultis que-
q; corporibus poſt tot annorum curricua,
apparente Christo, cū ipſo erimus gloriſi
teſtante hoc apoftolo, quais animas perire
cum corpore kerit, ſine ridiculo? Maior
faner - anima, quā vt ſic intereat. Vis
aere quam preçioſa fit anima, vade ad ſa-
crum euangeliū: & lege vbi dominus Ie-
ſus de homine quodā dēmonū legionem
eiecit, & in innumeram porcorum multi-
itudinem tranſire mādauit. Nonne hoc ex
diametro eſt aduersus eos, qui putāt & nos
& animalia vnam animā habere, & vnum
ſpiritu trahere, Saducæos ſcilicet? Ecce
de vno homine expellitur legio, & in duo
millia porcorum mittitur. Nōne hoc pre-
cioſum eſt, quod ſeruatur: quod vero per
ditur

Col. 3.

10.8.

ditur vile? Exi de homine: vade in porcos.
Vade in animalia. Vade quocunq; alio vo-
lueris. Vade in abyssos. Hominē relinque.
Possessio enim propriæ mea est homo. Exi
de homine. Nolo te hominem possidere.
Iniuria mea est te verberari in homine, cum
ego verber in homine. Egressus de homi-
nes. Vides ne ergo quātū Deus fecerit ho-
minem? Si anima simul cum corpore inte-
ret, crede mihi non tanta cura Deo esset
eius seruādæ. Porro autem si pulchritudi-
nem eius, ac vim intelligere cōcupiscis, ad
effectus, operaq; eius te paulisper cōuerte.
Vnde pulchritudo corpori & pulcherri-
mus decor? nonne ab anima? enim
animus perfusus roteo colore genas co-
pergit: dolore autem vexatus omnem oris
pulchritudinē statim deformat. Vnde qui
assidua lætitia gaudent, in bonam corpora
sua reducunt valetudinem. Qui vero sem-
per dolēt, imbecilliora telis aranea. ū, atq;
subtiliora reddunt. Ita perterritus animus
furibundum vultū efficit: stabilitus autem
trāquillitate iucundam constituit faciem.
Si laborat inuidia, tabidū pallorē per cor-
pus effundit: honesto anore, & moderato

DE IMMORTALITATE

captus pulchritudinem corpori admirabilem largitur. Quaratione multi non paruā gratiam ab anima ad corpus traduxerunt: nonnulli prēcipuam corporis formam ani- ni viciōsitate corruperunt. Videas candi- ñam faciem interiori rubro pertinctam cū pudoris affectus animam inuasit, varietate coloris suauissimum reddere vulnū: sicut econuerso impudens animus coruīnum vi- sum efficit, atq; inanē. Nil est formosa ani- ma formosius, nil iocūdius: talemq; formā præbet corpori, qualem ipsa in se habere credenda est. Vnde cum tanta vis insit ani- mis hominū: antaq; inter eos ac corpo- ra sit similitudinea, simul cum corporibus in-

A. prefijos

Gregor.

Bernard.

Etor, Audistis, inquit, tres esse sanctorum animarum status: Primum in corpore corruptibili: Secundū sine corpore: Tertium in corpore gloriolo. Primum in militia: Secundum in requie: Tertium in beatitudine consumata. Sad. Placent supra modum quę dicis: pluraq; de hac re audire maxime desidero. Oblecro ergo, si quæ adhuc habes, ne celato.

DIALOGVS XXXI.

CHRISTIANVS. SADUCEVS.

Chr. Saducei forsitan dicent, non credimus Petro, vel Paulo: nec Christo vestro credim⁹. Seductores enim sunt, atq; fallaces, homines perditi, atq; pestiles. Quāquām nequissime blasphemabunt saducei, tamen densi simis obtenebrati tenebris se sancte loqui credent. Cæterum si Petro nec Paulo creditis, saltem gentilibus credite, qui de immortalitate animarum multa, pulcherrimaq; differuerunt. Sa. Valeant Saducei: Nil enim mihi cum illis est negotij. Verum si quę etiā ex gentilibus haes testimonia, quæso in medium ea adducito.

DE MORTALITATE

Tul.

cito. Chrif. Marcus ille Cicero totius elo-
quetię patrēs, philosophusq; preclarissimus
animatorum contemplans excellentiā in Ca-
tone inaiore sic loquitur, Est enim animus
cœlestis ex altissimo domicilio depresso,
Ex quasi demersus in terram locum diuinæ
naturæ, æternitatiq; contrariū. Sed credo
deos immortales sparsissime animos in cor-
pora humana, vt essent qui terras tueretur:
qui cœlestium ordinem contéplantes imi-
tarentur eum vitæ ordine atq; constantia.
Nec me solum ratio, ac disputatio impulit,

Lucre.

vt ita crederem, sed notitiae etiam sum-
morum philosophorum, & autoritas. Pul-
chre etiā d' acre Lucretius, Cedit enim
re terra quod fuit ante, in terra. Sed
quod missum est ex ætheris oris, id rursum
cœli fulgentia templo receptat. Vnde &
Manilius. An dubium est habitare Deum
sub pectore nostro: in cœlumq; redire ani-
mas, cœloq; venire? Sed & Cirus ille ma-
ior audi quid moriens dixerit, Nolite in-
quit arbitrari mihi charissimi filij, mecum
avobis discessero, nūquam, aut nullū fore.
Nec enim dum eram vobiscum animum,
nieum videbatis: sed cum essem in corpore

Man.

Cirus.

..

re ex rebus, quas gerebā intelligebatis. Eūdem ergo esse creditote, etiā si nullum videbitis. Sad. O exemplum pulcherrimum & omnię dignum. Chr. Dignum profecto. At non minus fane quod Socrates fecit, dixitq;. Is enim pro veritate detrusus in carcere, supremo vitæ suæ die multa de animarum immortalitate fertur differuisse: & paucis ante diebus cum facile posset educi de custodia, noluit. Et cum pene iam in manu mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in cœlū videretur ascendere. Ita enim censebat, itaq; differuit duas esse vias duplicesq; cursus animorum e cœlo ad exēūtium. Nam qui se humanis vitijs concubassent, & se totos libidinibus dedissent, quibus cæcati velut domesticis sceleribus, atq; flagitijs se inquinauissent: vel in republika violada fraudes inexpiables cōcepissent, his deuiū quoddā iter esse seclusum à cōsilio Deorū. Qui aut̄ se integros, castosq; seruassent, quibusq; fuisset minima cum corporibus cōtagio, teleq; ab his semper se vocassent, essentq; in corporibus humanis extam imitati deorum, his ad illos à quibus essent

DE MORTALITATE

Cato.

essent profecti reditum facile patere. Sed quid de Catone cōmemorem, qui sic obiit, quasi ad patriā, cognatos, amicosq; rediēs. Vērat quidē Deus iniussū suo hinc nos demigrare: cum vero iusserit, tūc certe vir sapiens letus ex his tenebris, in luce illā emigrabit. Tota philosophorū vita enixus quidam, coñatūsq; eīt ad mortem. Nam quid aliud agimus cum à voluptate: cum à refamiliari, quę est ministra & famula corporis: cum à republica: cū à negotio omni se uocamus animum? Quid inquā tum agimus, nisi animū ad seipsum aduocamus: secū esse cogimus: maximeq; à corpore abducimus. Aenare aut à corpore animū, r̄ quidq; aliud eīt, q̄ emori discere. Quae hoc cōmentemur mihi crede: disiungamusq; nos à corporibus: id est cōsuecamus mori. Hoc, & dum erimus in terris, erit illi cœlesti vite simile: & cū illac ex his vinculis emissi feremur, minus tardabitur cursus animorū. Nā q̄ in cōpedib⁹ corporis semp fuerūt, etiā cū soluti tardius ingrediūtur: vt hi, q̄ ferro vincti multos annos fuerunt: quo cū venerimus, tū deniq; viuemus. Nā hēc qdē vitamors eīt hñūq; nō lamētabilis

DIA

DIALOGVS XXII.

SADUCEVS.

CHRISTIANVS.

SAd. Pulcherima sunt hæc oīa, quæ nar-
ras, atq; iucūdissima: mortēq; , quæ mi-
hi hactenus horribilis vita est, deinceps le-
tus expectabo, & gaudēs. Ch. Nec mirū (a-
ne qn̄ Hegeſia Cyrenaicus ſic dēre hac dif Hege.
ferunt, vt à Rege Ptolemeo prohibitus eſſe
dicatur de ea in ſcholis dicere, qm̄ multi
his auditis mortē ſibi ipſi cōſciuerunt. Tū
Callimachi qdē epigrāma eſt in Ambra- Callima-
ciotā Cleombrotū, quem ait, cū nil ei acci- chus.
diſſet aduersi, ē muro ſe in mare abieciſſe,
lecto Platonis de animę immo... librateli-
bro. Si hi audita tantum immortalitate n. i
ipſis manus iniecerūt, quo eā cū fœlicitate
cōſequerētur, q̄q̄ huiusmodi mortes infœ-
lices eſſent: qd̄ mirū ſi & nos mortē deſide
ratissime expeſtemus, eāq; libenter obea-
mus, p quā immortalitatē iucūdissimā fœ-
liciſſimāq; cōſequamur? Sad. Obſecro qn̄
de animarū immortalitate optime diſſer-
uisti, de gaudijs quoq; beatæ vitæ, ad quæ
animas dicis rapiēdas, aliqd age. Chr. Faciā
quidē, ac lubēs. Ceterū illis intereffe fœli-
cius,

DE IMMORTALITATE

cius, tractare tñ quę speramus, & sępius de his cōfabulari, incunditsimū euā arbitror, huiusq; vitę miseriaū, atq; laborum maxi mū leuamē. Nā si auari de pecunijs cumulādis libēter cōicant: gulosi de ferculis deilicatis cū gaudio loquuntur: honorū cupidi qđ nouas semp dignitates affequātur, iucūdissime tabuiatur: duces atq; athletæ de victorijs, atq; coronis libētissime audiunt: quare & nos de gaudijs illis nūq; finiendis, de vita immortali, ac beata, de seculo futuro: de angelorū societate: de Christi ample xibus: deq; Dei sup bñd. Et i fruitione iem-
piterna: ceterisq; bonis, quæ speramus, nō cū summā cūditate semp, ac sedulo tra-
gitimūs? Cogitemus ergo & intimo cor-
de, totisq; virib⁹ pēremus statū ilū futurū, in quo nec dolor cruciabit: nec mœror exe-
det animū: iétator lōge aberit: luxus nō ha-
bebit locū. Vbi nec furor turbabit: nec li-
uor ossa exsiccat: in quo nec frigus stra-
het: nec calor aduret: Vbi nō caput dolebit:
nec stomachus vllū sentiet incōmodū: in
quo procul aberit podagra: & chyragrę nō
erit locus: omnia erunt pax, letitia, gaudiū,
omnia serenitas, atq; trāq̄llitas, omnia dies

& splendor, & lux: lux, non quicquid est, sed plau-
 ne alia, quae haec um excedit fulgore, quam
 hec lumen caderet. Neque enim occulitur ibi
 aut nocte, aut congressa nubium, nec currit, nec
 inflamat corpora. Nam nox non obumbrat: nec
 aderit vespера, sed omnino alia est conditio,
 quam demum ad hoc idonei reperti intelliguntur:
 non est illic senium, aut senectus malum: quequeq;
 obnoxia sunt corruptioni è medio, & è pe-
 dibus (quod aiunt) tollentur. Omnia occupa-
 bit ubique incorruptibilis gloria: & quod om-
 niū lōge est maximū continuā fruētur Christi
 cōuerlatione: undeque cū angelis, archange-
 lis, superioribusque protestantur omnipotē-
 ti Deo iubilabunt. Contemplare
 maduerit permutatum totius creaturę hab-
 tum: nil homini erit, sed multo pulchrius, atque
 præclarus. Et quamplū plumbum aurum superat,
 tantum hac rerum præsentium specie, futurus il-
 le decor illustrior erit. Quemadmodum bea-
 tus Paulus ait, Quoniam ipsa creatura liberabi-
 tur à servitute corruptionis. Etenim nūc ceu
 corruptionis particeps multa patitur, quae
 ferre corpus cōtingit: nūc vero hæc vniuer-
 sa reiect, nobisque exhibebit elegante, & in-
 corruptibile habitudine. Nulla tūc simul-

DE IMMORTALITATE

tas, nulla pugna. Iucundus nimis cōcentus erit, in hoc quoēs sancti perpetuo inter se consentient: nullus illic caluniator timēdus: nullę dēmonum insidiæ, nullę minæ, nulla mors, nec ea quā hic extinguiuntur, nec altera quę hac multo est acerbior. Et quēadmodū fili⁹ Regis primo alitur cibo nō admodum splēdido: terretur minis pedagogi, ne per indulgentiam lapsus paterna se indignum reddat hæreditate: mox regiam nactus maiestatē, omnia hæc mutat, presidet cum magna libertate, vestitus purpura, diademateq; ornatus & stipatus nūerofo fatellitio, at his ab animo rebus humilibus. Amaris, in quarū tūc locū omnia magnifica iucunda successerunt: Sicut eue niet omnibus sanctis. Transferamur paulisper in montē illū, in quo dñs noster transfiguratus est: contēplemur eū splendentē sicut resplēduit: quāq; nec sic quidē vniuersum nobis futuri seculi splēdorē exhibuit: quia fuit qđtūc apparuit attēperatio' quēdā pro captu nostro, neuti⁹ euidēs rei demonstratio. Nunc aut̄ si quis te in theatrum induceret, ubi magna hominū multitudo, federet arricata stolis aureis: & in medi-

omnium

omnium ostēderet aliū quendā adornatū
gēmis, regio vestitu, insignē coronā habē-
tē in capite: deinde polliceatur te assūptu-
rū in numerū eorū: nōne te felicē appei-
lares? Euola nūc in cœlum animo: in illud
intēde theatrū, quod nō coijt ex huiusmo-
di viris. Cōuentus enim illic est eorum, qui
exuperāt omne pretiū auri, lapidū precio-
forū, radiorū folis, & omnis visibilis for-
mæ: nō hominū folū, sed & Angelorū, Ar-
chāgelorū, Thronorū, Dominationū, Prin-
cipatuū, Potestatum. De Rege vero nil di-
gnum dici potest, adeo Sermonē, & mentē
omnem excedit eius pulchritudo, forma,
splēdor, gloria, maiestas, magnitudo. Tā-
tū ne ergo bonorū à nobis repellēmus, &
detineamur in his exiguis, momētaneisq;
delicijs? Quod si quotidie foret infinites
moriendū, ferendū tñ effet: imo gehēnam
si oporteret, sustinere, vt Christum videre
merearis, adscribiq; ordini sanctorū, liben-
ter suscipiendū forer. Audi quid Petrus di-
cat, Bonū est nos hic esse. Si Petrus, q̄ videt
obscurā quandā imaginē futurorū, omnia
cōtinuo reijcit, propter ineffabilē volupta-
tē, q̄ à visione illa cōceperat, quid dicemus

DE IMMORTALITATE.

quādo rerū veritas aderit: quando Regis
cubiculis adapertis cōtueri licebit ipsū Re
gē, nō p̄ enigma, nec p̄ speculū, sed facie ad
faciē: nō amplius inq̄ per fidē, sed p̄ speciē?
Augustinus de diuitijs glorię hui⁹ dislerēs
sic aut, Diuitię, si diligūtur, ibi teruētur, vbi
perire nō polsūt. Honor si diligitur, illic ha
beatur, vbi nemo indign⁹ honoretur. Salus
si amatur, ibi desideretur, vbi adepta nil ti
metur. Vita si diligitur, ibi adquiratur, vbi
nulla morte finitur. Diuus autē Gregorius
P̄otifex maximus magnitudinē gloriæ bea
torū secū cōceptas ait, Quā talibet intētiōe
ſe humana mēs extenderit, etiā ſi imagines
corporalib⁹, erum à cogitatiōe cōpetat: ſi

intelligē- c̄. circunscriptos ſpūs ab oculis cordis a
d̄ vest Grc moueat: adhuc tñ in carne mortali posita
leg. ſr. a videre gloriā Dei nō valeat ſicut eft: ſed q̄c
ni. Nā ſu quid de illa eft φ in mēte respléder, ſimili
lus inra, u vidit D. tudo, & nō ip̄la eft. Alibi yō de eadē beatit
tudine loquēs dicit, Tp̄alis vita eternę vitæ
cōparata mors potius dicēda eft, quā vita.
Ipſe enim quotidianus defectus corruptio
nis, qđ eft aliud, q̄ quedā prolixitas mortis?
Quæ aut lingua dicere, aut q̄s intellectus
capere ſufficit, illa ſuperne patrię quāta ſint

gaudia: angelorū choris interesse: cū beatissimis spiritibus gloriæ cōditoris assistere præsentē Dei vultū cernere: in circū cri-
ptū lumen videre: nullo morus affici metu: incorruptionis p̄petuę munere letari? Tāta ergo glorię iucunditate, atq; excellētia exicitatus Augustinus dicebat, O vita vere vita,
& cumulus totius fœlicitatis. O vita plena delicijs, gaudijq; refertiissima. O vita perpetua, à qua lōge abest omnis tristitia, atq; miseria. Vides ne ergo nūc q̄ deplorādi sint, q̄ tātis gaudijs, bonisq; incorruptiblibus relictis, bonis his visibilibus, moxq; perituris sine frēno temcipāt? Aliu. fatigabili tollitudine anhelat ad opes: Alius auct. res, dignitatesq; toto adnixu se accingit: Alius carnalibus delectatiōibus se inuoluit: Alius alio furore circa visibiles has res agitur. Quid vero demētiūs, q̄ (prior cœlo, terrā amplecti? contēpta angelorū societate, fœtidissimis dæmonibus se addicere? Deo oīm opifice, creatoreq; suo derelicto, ad res fluxas, ridiculasq; se cōuertere? Nonne hoc ipsū dñs ipse deplorat p Hieremiam dicēs? Duo mala cōmisit populū meus. Me enim derelicto, fodit sibi sisternas nō valentes continere aq̄s. Sed qd fiet populo hūic?

Esa.ii. Ne hoc tacuit dñs dicés, Derelinquetur fi-
lia Siō sicut tabernaculū in vinea, & sicut
vasa custodiaria in cucumerario: & sicut ci-
uitas quæ expugnata ē. Et iterū. Auferetur
maceria eius, & erit in cōculcationē: & de-
ripiēt eā oēs, qui trāseunt viā, & singularis
ferus depascet eā. At vñ hēc tā grauis ceci-
tas, malūq; tā deplorādū? Nōne qā animas
habere immortales, diuinęq; naturę par-
ticipes sunt obliiti: easq; inertia, pigritiaq;
sua nullis excolūt virtutibus, nullaq; coher-
cēt disciplina, sed ocio, desidieq; tradunt,
quę est vitiorū oīm mī, atq; origo. Absit vt
id nobis cor̄ gat, sed animas nos habere
im- ... ales recordati, ad beatā immortali-
tatē festinemus, perq; virtutū studia, sapiē-
tieq; desideriū Deo fieri familiares fataga-
mus: cūq; de cœlo originē ducamus, illuc
toto pectore cōtēdamus. Sa. Recte suades.
O nuntiū iucūdissimū. Ex Saduceo, Chri-
stianū me fecisti. Grāde bñficiū. Faxit Deo
optimus maximus, vt p. prēmio multos Sa-
duceos, atq; Gētiles ad X̄pi fidē cōuertas,
quo ex ingēti filiorū nūero spūaliū, innūe-
re quoq; coronę tibi donētur ope & auxi-
lio dñi Ies̄i Christi, qui cū patre & Sp̄uſen
ēto regnat. per æterna secula. Chr. Amen.